



R. S. P. P. / X VII - 179

# DE ARTE RHETORICA LIBRI TRES,

EX ARISTOTELE, CICERO NE,  
& Quintiliano præcipue de prompti.

Ad exemplar Romanum ipsius auctoris, omnibus  
mendis purgati, & plurimorum locorum cita-  
tione locupletari.

Auctore Cypriano Soario, Sacerdote Societatis IESV  
Addito rerum notabiliorum auctiore indice.

Subiiciuntur etiam eiusdem Rhetorices tabula perbre-  
ues, que singul ochorum librorum capiibus respon-  
pondent quod facilius præcepia discantur.



T O L O S Æ.

Typis Raimundi Colomerij, Typographi.

M. DC. XXVII.



3

# BIBLIOPOLA

## LECTORI.

S.

**C**VM ad me s̄epius detulissent viri, quibus eloquētiæ studiū summæ semper curæ fuit, Cypriani Soarij præcepta Rhetorica, quæ passim in Gymnasiis studiosorum manibus teruntur adeò aut māca, aut immutata subinde edita esse, vt nulla quasi vestigia eloquētissimi illius viri appareat: gratūq; nos iis qui orationis ornatū sibi laudi esse student facturos, si germanū, vt nouissimè ab ipso auctore est recōcinнатū exēplar, typis nostris in publicū daremus, libēter negotiū, quib⁹ nunquā qui cū literarū emo-

Iumento suscipiuntur labores,  
molesti fuerunt, aggressi sumus,  
& perfecimus : additis ad mar-  
ginem non paucis citationibus,  
& ubique sectionibus editionis  
Ciceronianæ, quam ante bien-  
num emisimus. Fruere &  
vale.



# CYPRIANVS SOARIVS CHRIS-

TIANO LECTORI,

S.

**O**NGE profecto me-  
lius, atque prudētius stu-  
diis suis consulunt, qui o-  
ptimos Auctores in omni  
disciplinarum genere legendos sibi,  
atque imitandos proponunt; quam  
qui his neglectis, delectu omni, ac  
discrimine remoto, quosuis cupidissi-  
mè sequuntur. Quod si quis vetera  
paulò aliùs repetere voluerit, quòcum-  
que se animo & cogitatione conuertet,  
hoc ita esse comperiet. Ut enim alios o-  
mittā, qui in bonarum artium studiis  
liberalissimis, doctrinisque versati  
sunt; satis constat, Platone ingenio, do-

## 6 EPISTOLA.

Etrina, & copia dicendi longè omnibus superioribus præstisset. Ergo ex eis disciplina quot viri, quanta scientia, quantaque in suis studiis varietate, & copia, quam admirabiles extiterunt? Atque ut alios sileam, quorum scripta temporum incertitia perierunt, illi & Aristotelem summum Philosophum & Demosthenem omnium Oratorum facile principem, procul dubio debemus. Si quidē Aristoteles totos virginiti annos Platonem audiuit: Demosthenes verò eumdem non solum audiuit, sed etiam lexit auit. Quid Ciceronem ad tantum Philosophiae & eloquentiae decus euexi? An non Platonis, Aristotelis, & Demosthenis imitatio? Finis non sit si velim eos numerare, qui ex Aristotelis disciplina, in omnis doctrina, & ingenij laude præstantes prodierunt. Tanti refent quem imiteris, quem legas, quem admireris. Hoc intelligentes nostræ Societatis

cietatis praeceptores, ex eo tempore, quo  
inuentum, virtute, & literis for-  
mant, eos auctores discipulis expo-  
nunt, qui praeter ceteros suo gene-  
re floruerunt. Qua de causa molestiis  
etiam ferebant, nullum esse librum  
veterum scriptorum, qui adolescen-  
tibus discendi cupidis, primum adi-  
tum ad eloquentiam aperiret: Non  
quod doctrina dicendi parum Latinis  
literis sit illustrata (nam & Quintili-  
anus de ea diligentissime simul, &  
doctissime scripsit, & in libris Cicero-  
nis tantum est curæ, tantum suauita-  
tis, elegantiæ, atque doctrinæ, ut ne  
apud Græcos quidē, aut pluribus, aut  
melioribus præceptis, orationis facul-  
tas sit exornata) sed quod, ad pri-  
mam tyronum institutionem, eorum  
scripta minus sint accommodata. Quid  
enim discipulis ad hæc studia ingre-  
dientibus explicarent? Quintilianii  
libros? sunt illi quidem, ut dixi, sum-

## 8 EPISTOLA.

ma diligentia, singulari iudicio, summa eruditione conscripti, at ita longi, & nonnunquam obscuri, ut maius otium, & acrius iudicium desiderent. Partitiones oratorias? at ita sunt breves, & concise, ut multas & magnificas eloquentiae opes constructas & receditas nimis angustè coarctent. Libros de Oratore ad Quintum Fratrem? at in dialogo sunt scripti. Principias autem in illis partes habent L. Crassus & M. Antonius homines, ut dignitate, sic eloquentia in Romana Repub. maximi, qui minora illa, sed discētibus in primis necessaria, celeriter transigunt: quæ vero sunt à vulgari intelligentia magis remota, ea nō facile, dixerim, ornatiusne an copiosius persequantur. Huc accedit, quod dum Crassus perfectum, Antonius communem informat Oratorem, magnis altercationibus (qui Dialogorū est mos) in contrarias partes differitur; quod medio

## EPISTOLA. 9

mediocriter quidem eruditis, qui iudicij iam aliquid habēt, non solum magnam ingenij delectationem, sed mirabilis etiam utilitatis fructum affert; tyronibus non item, qui disputationis vim, atque incitationem aspiciunt, vestigia ingressumque vix intuentur. Duos de Inuentione libros, puerō sibi inchoatos, & rudes Cicero excidisse affirmat, propterea quod nec Orationis expoliendae & conformandae rationem docent, nec inueniendi fôtes ab Aristotele demonstratos aperiunt. Ita qua multa in eis præcepta sunt, quæ editis postea libris idem Cicero improbauit. Libri verò ad Herennium, à quocunque illi sint scripti, similem inueniendi viam demonstrant, & quedam de statu; multa de verborum & sententiârûm continent ornamentis, diuersa ab his quæ Cicero & Quintilianus eisdem de rebus tradiderunt. Topicorum liber tammodo declarat viâ ab Aristotele

inuenitam ad reperiendum omni ratio-  
ne argumentum: & quoniam ad Tre-  
batium Iuris consulum scriptus est,  
exempla habet ex intima iuris scientia  
desumpta, quae usque eò sunt diffisi-  
lia, ut sua obscuritate, multos ab eius  
libri lectione reuiciat. In oratione vero  
ad Brutum, quae sit optima species, &  
quasi figura dicendi, Cicero disertissime exponit. Sed cum ad Brutum  
scriberet, vulgaria præcepta permul-  
ta, quae dicendi studiosis vehementer  
conducunt, breuiter percurrit, vel pe-  
nèpraterit: quae vero de orationis nu-  
mero mirabiliter percepit, ut adeun-  
tibus ad eloquentiam viilia sint, ordi-  
nem alium, & exemplorum lumen  
desiderant. His de causis cupiebant  
noſtri præceptores, ut omnes eloquen-  
tiae partes explicatae definitionibus,  
exemplis illustratae, ex Aristotelis  
ſententia, Ciceronis vero, & Quinti-  
liani non ſententia ſolum, ſed ple-  
rum

rumque etiam verbis aliquo libro, via, & ordine comprehenderentur. Futurum enim existimabunt si id fieret, ut, discipuli, simul cum vulgaribus Rhetoriceæ præceptis, illa magis recondita de argumentorum locis, de amplificatione, de Orationis forma, & numero perciperent. Quam ego prouinciam cum eorum voluntate suscepissem, quibus libenter vitæ meæ rationes commisi, his tribus libris, dicendi præcepta, quantum exiguae ingenij mei vires efficere & consequi potuerunt, complexus sum, ut iuuent ad adolescentes ad legendos Aristotelis, Ciceronis, & Quintiliani doctissimos libros, quibus eloquentia fontes continentur. Neque vero ignoro, multa horum quæ à veteribus sunt tradita, ab his à quibus defendi aquius erat, editis etiam libris oppugnari. Sed cum à multis qui singulari doctrina sunt prædicti, eadem defensa sunt,

Sunt mihi consilium fuit, de his quæ tot doctissimorum seculorum approbauit consensus, nihil sine ratione mutare. Imò verò te Christiane Lector, vehementer oro, atque obsecro, ut hanc libidinem temerè contradicendi veteribus scriptoribus, de animo tuo penitus auertas, ne ad eius perniciem longius deinde serpat. Nam simul atque cupiditas hæc ad ingenium, tanquam fex ad materiā adhaesit, incredibile dictu est, quæ continuò excitet incendia. Illud etiam tibi persuadeas velim, nos nihil magis cupere, quam ut virtute & literis maximè sis ornatus, ut Christo Iesu, qui est parens & salus vita nostræ, grains sis, & iucundus.



# IN LIBROS DE ARTE RHETORICA AVC- toris proœmium.

**R**ationis, & orationis tāta est similitudo, vt Græci, qui nō intelligēdi solū, sed loquendi etiā principatū tenuerūt, vno vtraq; vocabulo Latini Græcorū prudētiae æmuli, eodē penè, nominarint. Est enim oratio quasi rationis imago quædā. Rationem in mēte, cui regnū totius animi tributum est, Deus Opt. Max. posuit: orationis sedem idem summus opifex in celsissima, ac nobilissima corporis parte collocauit. Ratio est, sicuti lux quædā, lumēque vitæ: oratio est rationis decus & ornamentū: ratio regit ac moderatur propriū animum; Oratio flectit etiā alienos: rationis est species admirabilis, eam tamen intus latentē orationis pulchritudo declarat. Ità quod lumen est soli principi, ac moderatori lumen

reliorum, id est oratio rationi domi-  
næ ac reginæ rerum omnium. Hinc ni-  
mirū fit, ut summi illius rectoris mūdi  
huius bonitatem, sapientiā, vim & po-  
testatem suspiciendam, admirādāmque  
hominum generi, ut rationis, sic oratio-  
nis res & natura cogat confiteri. Quid  
enim admirabilius esse potest, quam co-  
gitationes tam multas, tam excellētes,  
tam varias, atque multiplices orationi  
cōmendari? orationē verò exceptā aē-  
re quasi veihiculo, incredibili celeritate,  
breuissimo tēporis spatio ad quāpluri-  
mos peruenire: ac postremo per tenuis-  
simos auriū meatus singulari opere, ar-  
tificiōque perfectos, in alienos animos  
introire, atque in eis tā perfectē, tā insi-  
gniter imprimere speciē suam, ut mœ-  
rentes consoletur, torpētes excitet, affli-  
ctos erigat, inani lētitia elatos cohibeat  
& in quemuis deniq; motū auditorē im-  
pellat? Quod si orationis tanta præstā-  
tia est, non potest non maxima esse di-  
gnitas Rhetoricę, qua ornādę orationis  
doctrina cōtinetur. Eadem enim homi-  
nis ratio, quæ cæteras artes inuenit, di-  
cendi quoque artificium illustrauit. Nā  
primò terram peruagata, nō modò eius  
formam, situm, fæcunditatem, sed eorū  
etiam

etiam quæ in ea gignuntur varietatem vsum, naturamque cognovit. Tū mare ingressa profundum & immēsum, quo generā quāmque disparity degentiū in eo belluarum inuestigauit? Exin syderū ornamentū & pulchritudinē admirans, cognito prius aëre ex his, quæ ex eo generantur, in cœlum usque penetrauit. In quibus rebus tam multis, tam variis, tā disiūctis, tam abditis, atque obscuris inuestigādis, si tāta fuit orationis sagacitas & solertia: in expolienda oratione, quæ eius comes, & interpres est, non minor profectō fuit cura. Hic est eloquētię ortus, hæc nobilitas, hæc cum ratione cōiunctio. Qua de causa vehementer vigilandū est iis, qui sapientiæ flagrāt studio, enitendūque omni cura, ac diligentia, ut Rhetoricae, Dialecticæq; præceptis optimè cognitis, ad reliquarū artiū fastigium contendant. Quam viā iucundam, facilem, breuem, & quasi cōpēdiariam, non modò non asperam atque arduam, aut longam esse cōperiēt. Quod ut facilius cōsequātur, hi tres libri artificium dicēdi à veteribus traditū breuiter explicabunt. Et in primo quidem libro, qui de Inventione est, sexdecim argumentorum loci sunt explicati, simul

cum

cum his quæ ad permouendos animos  
ex iisdem locis eruūtur: præcepta etiam  
quædam sunt exposita ad exhortationē  
& deliberationem accommodata: in se-  
cundo verò qui dispositionis præcepta  
cōtinet, de orationis partibus, de statu,  
iudicatione, & ea cōtrouersia que ex in-  
terpretatione scripti existit: præterea de  
ratiocinatione, enthymematis, inductio-  
ne, & exemplo agitur: & quoniam fre-  
quens mentio facta est ab antiquis au-  
tōribus Epicherematis, Sōritis, & Di-  
lemmatis, eorum vis explanatur. Ter-  
tius denique liber docet orationis or-  
natū qui est in verbis vel simplicibus,  
vel coniūctis: itaque de verbis nouis, de  
inuisitatis, de tropis, de luminibus ver-  
borum & sententiarum, de origine, cau-  
sa, natura, & v̄su orationis aptę ac nu-  
merosae: tū ad extremum de memoria &  
pronūciatione in eo differit. Sed quò  
maiior v̄tilitas ex eloquētia percipi po-  
sit, Christianis præceptis diligenter ea  
purganda est. Ut enim bonus agricola  
vitem, quæ syluescit & in omnes par-  
tes nimia funditur, ferro coērcens, tum  
fructu lātiorem, tum aspectu pulchrio-  
rem reddit; sic eloquentia, si amputetur  
errorū inanitas, in quod delapsa est vitio  
homī-

hominū diuinās leges ignorantūs, suam admirabilem speciē recuperabit: Excidatur igitur mentiendi licentia, quam seuerē diuinis præceptis interdictā Oratori Quintilianus &c antiqui Rethores concedunt: amputetur procacitas, & vitium illud tēterimū lacerādi alios probris, contumeliis, maledictis, cui vtinam ne Demosthenes & Cicero tātoperē indulsisserent: resecetur arrogantia, & inanis laudis appetitus, qui aciem animi perstringit: intelligatur, iniquum esse tenebras auditoribus offundere, ne verum perspiciant, & suffragium atque sententiam dicendo corrumpere, quod à Græcis & Romanis oratoribus est factitatum. His tot, tantisque deletis maculis, cōtinuò existet & illa diuina & cœlestis Christianæ eloquētiæ pulchritudo: quæ tātō erit præclara magis, & eximia, quātō diligentius ad omnium hominū utilitatē conferetur, & ad celebrandas Dei Opt. Max. laudes, qui sermonem homini dedit ad societatem & coniunctionē cum hominibus tuendam. Hæc est illa Christiana eloquētia, qua Gregorius & Basilius nobilissimum par amicitiæ, doctrinæ, sanctitatis, plurimū præstiterūt, Iuliani amētissimi & profligatissimi ho-

## 13 PRO O E M I V M .

Itis religionis impetus omnes fregerūt :  
hac excelluit Athanasius vir sanctissi-  
mus , quem nec saeuissima periculorum  
tempeſtas, nec humanorum commodo-  
rum aura potuit vñquam de suo cursu  
dimouere, quin Arriij impium & cōſce-  
leratum comprimeret furorem: hac flo-  
ruerunt Chrysostomus, Ambrosius, Au-  
gustinus, Hieronymus, Cyprianus qui  
Christianæ Reipubl. fecerūt lumen lō-  
gè clarissimum vt alios quam plurimos  
omittam , quorū copia digna est Chri-  
ſtiani nominis gloria. Hos tales ac tan-  
tos viros qui volet imitari colat Chri-  
ſtianam eloquentiam , quæ ex diuina-  
rum rerum cura & contemplatione , ex  
Christi Iesu amore, ex maximarum de-  
nique artium studiis efflorescit.

DE



# DE ARTERHE- TORICA LIBER I.

*Quid sit Rhetorica, quod eius  
officium & finis.*

## C A P. I.

**R**HETORICA est, vel ars, *Quint. l.*  
vel doctrina bene dicendi. *2. cap. 14.*  
Ars est quæ cognitis, peni- *Cicero i.*  
tusque per spectis, & in vnu de *Orat.*  
exitu spectantibus, & nū- *Aristo. i.*  
quam fallentibus rebus continetur. *Elle Rhet. e. i.*  
autem eloquentiæ artem perspicuū est: *Cic. 2. de*  
*erenim cū plerique temerè, ac nulla ra-* *Orat. 88*  
*tione causas in foro dicant, nōnulli au-* *89.*  
tem propter consuetudinem aliquā cal-  
lidiūs id faciant, nō est dubium, quin si *Quint. li.*  
quis animaduerterit, quid sit, quare alij *2. e. 17. i.*  
melius, quam alij dicāt, id possit notare *de Orat.*  
ergo id qui toto genere fecerit, is si non *i. 3. 8.*  
planè artem, at quasi artem quamdam *De Inne.*  
inuenerit: Bene dicere est optimis sētē- *li. 7. e. 6.*  
tiis verbisque lectissimis dicere. Retho-

zo DE ARTE  
ricæ officium est, dicere appositè ad per-  
suasionem, finis persuadere dictione.

*De utilitate dignitatéque eloquentia.*

C A P. II.

1. de Or. **D**ignitas eloquētiæ, vel ex eo intel-  
10. ligi potest, quod in öni libero po-

Quint 1. pulo, maximèque in pacatis tranquillif-  
2. c. 16. que ciuitatibus præcipue semper floruit,

seperque dominata est. Quid enim aut tam iucundum cognitu , atque auditu , quām sapientissimis sententiis, grauissi- misq; verbis ornata oratio, & perpolita, aut tam potens , tamque magnificum ,

2. de Or. quām hominum animos vnius oratione  
35. conuerti? Quid admirabilius , quām res

splendore illustrata verborū ; Oratoris est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sentētia , eiusdem & languētis populi incitatio, & ef- frēnati moderatio. Eadē facultate fraus hominum ad perniciem: & integritas ad salutē vocatur. Quis cohortari ad virtu- tē ardētiūs ? quis à vitiis acriūs reuoca- re? quis vituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatiūs? quis cupi- ditatem vehemētius frangere accusādo potest, quis mōrōrem leuare mitiūs co- solando? Ac ne plura, quæ sunt penè in- numerabilia, consecpter , comprehēdam

breui, sic enim statuo : perfecti oratoris moderatione , & sapientia non solum ipsius dignitatem, sed & priuatorū plurimorum, & vniuersæ Reip. salutē maximē contineri. Quò maiorigitur est eloquentiæ vis , hoc est magis cū probitate iungenda, summāque prudētia : quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidē oratores effecerimus , sed furentibus quædam arma dederimus.

*I. de Or.  
& de Cl.  
2 3.*

*De materia Rhetorica.*

C A P. III.

**A**Rtis materia est in qua omnis ars & ea facultas quæ cōficitur arte , versatur: ut si medicinę materiā dicamus morbos ac vulnera , quòd in his omnis medicina versetur. Itē quibus in rebus versatur facultas oratoria, eas res matetiam artis Rhetoricæ nominamus. Sed hoc interest inter alias artes excepta dialectica , & eloquētia : quòd cæteræ ferè artes se ipsæ per se tuētur singulæ : bene dicere autē, quod est sciēter, & peritè, & ornatè dicere, nō habet definitā a liquā regionem, cuius terminis septa tueatur Omnia quæcumque in hominū disce-

*Quint. lib.  
4. 6. 5.*

ptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiae nomen relinquendum est: materia enim oratori ad dicendum subiecta, quæstio est..

*De Questione. C A P. IV.*

*In par.*

**Q**Væstionū duo sunt genera: alterum infinitum, quod Græci ~~τέλος~~ Cicero propositum vocat: alterum certum & definitum, quod ~~τέλος~~ illi, Latini vel causam, vel cōtrouersiam solent appellare. Propositum est, in quo aliquid generatim quæritur hoc modo, Expeté-dâne sit eloquētia. Causa est, quæ certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur hoc modo, An Socrates iure fuerit ab Atheniensibus damna-tus. Propositi duo sunt genera: cognitionis alterum, cuius scientia est finis, ut an Solis magnitudine multis partibus terra supereretur: alterū actionis, quod re-fertur ad efficiendum quid, ut si quæra-tur quibus officijs amicitia colenda sit. Hæc cùm in propositis quæstionibus, genera sint eadē in causas transferūtur, Sed causarum tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exhortationis, quæ quia in laudationes maximè conseruit, pro-prium habet ex eo nomen laudationis.

*In Top.*

79.

*i. de Or.*

41.

*De Exornatione, Deliberatione,  
& Iudicio.*

## C A P . V .

**I**N exornatione duæ sunt partes , laus & vituperatio . Tempus tum præsens , tum præterium . Spectat autem orator honestatem præcipue cùm laudat , turpitudinē cùm vituperat , mouetque auditores ad delectationē . Deliberatio continet in se suasionem , & dissuasionē , tempus verò futurum . Finis , quem sibi proponit orator in consilio dando , est utilitas & spes : aut reformidatio deliberatis . Iudicium habet in se accusationem , & defensionem : cuius finis iustorum & iniustorum quæstione , sævitia , aut clementia iudicis continetur .

*Quomodo hypothesis ad thesin  
reuvocanda sit.*

## C A P . V I .

**M**aneat ergo & infinitas & finitas *Cic. Par.* quæstiones ad oratores pertinere . 61 . Sed est consultatio quasi pars caussæ quædam . Inest enim infinitum in definito , & ad illud tamen referuntur omnia . *In To. & Quint. li.* Quare illa pars orationis , qua est de genere vniuerso , totas causas sæpe continet . *3.c.5.*

*Cic. de  
Orat. 3.*

Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controuersiæ, quod Græcè ~~zērōdys~~ dicitur, id ita dici placet ut rāducatur ad perpetuam quæstionē, atq; de vniuerso genere dicatur, nisi cūn de vero ambigetur, quod quæri cōiectura solet. Exempli causa, finita est, An Aristotelis philosophia sit perdiscenda: eius quasi pars quædā est illa infinita; An philosophia sit perdiscenda, ad quā orator finitā transferet. Sunt enim ornatissimæ orationes hæ quæ latissimè vagātur, & à priuata ac singulari controuersiæ ad vniuersi generis vim explicandā conserunt, & cōuertunt, vt ij qui audiunt, natura & genere & vniuersa re cognita, de singulis rebus statuere possint. Itaque Orator excellens à propriis personis & temporibus semper, si potest auocat controuersiā. Latiū enim de genere, quam de parte disceptare licet, vt si quod in vniuerso sit, probatur, id in parte, sisit,

*I. de Or. probari necesse fit.*

79.

*I. de In-*

*uent. 3.*

*De partibus Rhetorice.*

*C A P . V I I .*

*Q*VINQUE sunt partes, & quasi membra eloquentiæ: inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio. Oportet enim inuenire quid dicat, inuencta

uenta disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere. Inuentio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quæ questionem probabilem reddant. Dispositio *Auct. ad* est rerum inuentarum in ordinem distri *Her. l. 14* butio. Elocutio est idoneorum verborum *ca. 14.* & sententiarum ad inventionem accommodatio. Memoria est firma animi rerum ac verborum ad intentionem perceptio. Pronunciatio est, ex rerum & verborum dignitate corporis & vocis moderatio. Nec audiendi quidam, qui iudicium sextam esse partem voluerunt: adeo enim tribus primis partibus est permistum (nā nec inuentio sine eo, nec dispositio, nec elocutio fuerit) ut pronūciationē quoque vel plurimum ex eo mutuari putē: nec inuenisse credendus est qui nō iudicavit: quod similiter in aliis partib⁹ quibus iudicium permistum est, existimare debemus. Hinc apparet eloquentiā rem unam esse omnium difficilimā: quibus enim ex quinque rebus constare dicitur earum unaquæq; est ars ipsa magna per se. Quare quinque artium concursus maximarum, quantam vim quantamq; difficultatem habeat, existimari potest. Sunt igitur quinque Rhetoricae partes.

*Quint. l.*  
*Dap. 3.*

*De. clav.*  
*Orat. 25.*

omnino. At inuenire, disponere, eloqui, memoria complecti, & pronunciatore, opera sunt oratoris.

*Quibus rebus eloquentia comparetur,  
ac primum de natura.*

## CAP. VIII.

*Quin.li.*

*3. 6. Ci.*

*1 & 2 de*

*Ora. 88.*

*Auct. ad*

*Her. li. I.*

*de Orat.*

*123.*

*II 4.*

**E** Loquétia quę quinque supradictis constat partibus; natura, arte, exercitatione & imitatione cōparatur: imitationē enim quāvis Quintilianus arti, Cicero exercitationi subijciat, rectiō tamē alij ab utraq; segregarunt. Ergo de singulis, quoniam maximi sunt momēti & ponderis, aliquid dicendum est. natura igitur primum, atque ingenium ad dicendum vim affert maximam: neque verò quibusdā scriptoribus artis ratio dicēdi & via sed natura defuit. Nam & animi atque ingenij celeres quidam motus esse debent: qui ad excogitandū, acuti, & ad explicandū ornandūmque sint vberes, & ad memoriam firmi atque diuturni: & si quis est, qui hęc putet arte accipi posse ( quod falsum est ) præclarè enī se res habeat, si hęc accendi, aut commoueri arte possint, inseri quidem, & donari ab arte non possunt omnia ( sūt enim illa dona naturæ) quid de illis di-

cet, quæ certè cum ipso homine nascuntur, linguæ solutio, vocis sonus, latera, vires, cōformatio quædam & figura totius oris & corporis? Neque hæc ita dico, vt ars aliquid limare nō possit (neq; enim ignoro, & quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina, & quæ optima, aliquo modo acui tamen & corrigi posse:) sed sunt quidam aut in lingua hæsitan-  
tes, aut ita voce absoni, aut ita vultu mo-  
tisque corporis vasti atque agrests, vt  
etiam si ingenijs atque arte valeant, ta-  
men in oratorum numerum venire nō  
possint: sunt autem quidam ita naturæ  
muneribus in ijsdem rebus habiles, ita  
ornati, vt nō nati, sed ab aliquo Deo fi-  
eti esse videātur. Magnum quoddam est  
onus atque munus; suscipere, atque pro-  
fiteri, se esse omnibus silentibus vnum,  
maximis de rebus magno in conuentu  
hominum audiendum. Adeſt enim ferè  
nemo, quin acutius, atque acrius vitia in-  
dicente, quam recta videat. Ita quidquid  
est, in quo offēditur, id etia illa quæ lau-  
danda sunt, obruit. Neque hæc in eā sē-  
tentia disputo, vt homines adolescentes,  
si quid naturale fortè nō habeat, omni-  
no à dicēti studio deterreā: multis enim  
honori fuit illa ipsa, quācumque assequi  
potue-

## De Arte. CAP. IX.

*De Orat.*

183.

3. de Or.

146.

2. de Or.

156.

3. de Or.

145.

**A**D naturam optimam ars adiungi debet, quæ à natura profecta est: notatio enim naturæ, atque animaduersio peperit artē Ego enim hanc vitā intelligo esse in præceptis omnibus, nō ut ea sequuti oratores eloquentiæ laudem sint adepti, sed quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse atque delegisse, sic esse nō eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum, quod tamen nō reiicio, est enim, si minus necessarium ad benedicendū, tamen ad cognoscendum non illiberale. Habet igitur ars hāc vim nō ut aliquid cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat, & procreet, verūm ut ea quæ sunt orta iā in nobis, & procreat, educet atque cōfirmet. Obseruatio autem earum rerum, quæ in dicendo valēt: ipsa per se, si eloquentes facere posset, quis esset nō eloquēs: quis enim hęc nō facilē, vel certè aliquo modo posset ediscere. Itaque intelligendū est alia quędam ad consequendum eloquentiā esse maiora, sed ars nō est ea quidem negligenda, quā ego, si nihil dicam adiuuasse, mentiar. Habet enim quędam quasi

ad cōmouendum oratorem , quō quid 2. de Or.  
que referat,& quō intuens, ab eo quod 223.  
cūque sibi proposuerit, minus aberret.

In præceptis enim hanc vim,& hāc vti-  
litatem esse arbitror, non vt ad reperiē-  
dum quid dicamus,arte dicamus,sed vt  
ea quæ natura, quæ studio,quæ exerci-  
tatione cōsequimur,aut recta esse cōfi-  
damus,aut praua intelligamus,cū, quō

referēda sint,didicerimus. Qua de cau- De elar.  
sa studiosè Rhetorica colēda est,vt quæ Orat.

viam & rationem dicendi doceat. Eisi  
namque magnis ingeniis prædicti quidā  
dicēdi copiam sinē oratione cōsequan-  
tur ars tamē est dux certior quam na-  
tura,quoniā sinē doctrina,etiam si quid 4. de Fi-  
bene dicitur,tamen id quia fortuitō fit nib.

semper paratum esse nō potest. Aptissi-  
mè profectò quod M. Tullius de excel-  
lenti virtute scripsi, idem ad præstantē  
eloquentiā transferri potest: vt multos  
homines excellēti ingenio & eloquētia  
fuisse,& sinē doctrina,naturæ ipsius ha-  
bitu per se ipsos copiosos & ornatos ex-  
titisse fate amur:adiungamus etiam,sæ-  
pius ad orationis laudem naturam sinē  
doctrina,quam sinē natura valuisse do-  
ctrinam,sed cūm ad naturam eximiam,  
atque illustrem accesserit ratio quædā  
confort

Pro Are

30 DE ARTE  
cōformatiōque doctrinæ, tum illud, ne-  
scio quid præclarum, ac singulare sole-  
re existere contendamus.

De Exercitatione.

C A P. X.

I. de Or. I N prēstāti natura quā ars expoliuit,  
Iij8. exercitatio absolutionem, perfectio-  
nēmque dicendi consummat. Quocirca  
interest permagni, studium & ardorem  
quemdā amoris assumere, sine quo, cūm  
nihil quidpiā egregium, tum certè elo-  
quentiam nemo vñquam assequetur. Ex  
hoc ardore nascitur exercitationis dili-  
gentia, vt causa aliqua posita consimili  
causarum earum, que ad oratorem defe-  
rūtur, dicamus quām maximē ad veri-  
tatiē accommodatē. Sed plerique in hoc  
vocem modō, neque eam scienter, & vi-  
res exercēt suas, & linguæ celeritatem  
citant, verborūmque frequentia delectā-  
tur: in quo fallit eos, quod audierunt: di-  
cendo homines vt dicant, efficere solere:  
verē enim etiam illud dicitur, peruersē  
dicere homines peruersē dicēdo facilli-  
mē consequi. Quamobrem in istis ipsis  
exercitationibus etsi vtile est etiā subi-  
tō sēpe dicere, tamen illud vtilius, sum-  
to spatio ad cogitandum, paratiūs atque  
accuratiūs dicere. Caput autē est (quod

vt

ut verè dicā) minimè facimus (est enim magni laboris, quem plerique fugimus) quamplurimum scribere: Stylus optimus est, & præstantissimus dicendi effector, ac magister, neque iniuria: nam si subitam & fortuitam orationē commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipsa profectō assidua & diligens scripture superabit. Iam vocis, & spiritus, & totius corporis, & ipsius linguae motus excitationes, non tam artis indigent, quam laboris. Exercenda est & memoria, ediscendis ad verbum quamplurimis & nostris scriptis & alienis: atque in ea exercitatione nō sanè mihi displiceret adhibere, si censueris, etiam istam locorum, simulacrumque rationem, quæ in arte traditur.

*De Imitatione.*

## C A P . XI.

**E**T si ad illud genus oratorum præstatium, magnificum atque preclarum natura ipsa aliquem ducat; tamē ea non satis proficere potest, nisi eodē studio atque imitatione intendat, atq; ita dicere consuescat, ut tota mente illos atque omni animo intueatur. Ergo hoc sit primū in præceptis meis, ut demonstremus quem imitetur, atque ita, ut quæ maximè

maximè excellant in eo quem imitabitur ea diligentissimè persequatur. Nihil enim aliud causæ est cur ætates extulerint singulæ singula propè genera dieendi, nisi quòd semper fuit aliquis, cuius se similes pleriq; esse vellent. Hanc igitur similitudinē, qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris, atque magnis, tum scribēdo persequatur. Intuēdi sunt etiam non solum oratores sed etiam actores, ne mala cōsuetudine ad aliquam deformitatem, prauitatēmque veniamus.

Quoniam de Rheticæ definitione, dignitate, fine, officio, & materia dictum est, quòdque sint eius partes explicamus, & naturam, artem, exercitationē, imitationem, ad eloquētiā consequēdam necessarias esse ostēdimus, sequitur ut de singulis eius partibus differamus.

### *De Inuentione.*

### C A P . X I I .

**Q**uoniam igitur primū Oratoris mūnus est inuenire, dabit operam ut inueniat quemadmodum fidē faciat his quibus volet persuadere, & quemadmodum motū eorum animis afferat Fidem facit orator argumētis mouet incitādo aut ad voluptatem, aut ad molestiā au-

tem

ad metum, aut ad cupiditatē : tot enim  
sunt motus geneta, partes plures gene-  
rum singulorum. Cūm enim omnis ani-  
mæ commotio ex opinione boni alicu-  
ius, aut mali nascatur, lātitia & cupidi-  
tas ex opinione boni nascuntur, ægri-  
tudo & metus in malorū opinione ver-  
santur. Est igitur ægritudo siue mole-  
stia, opinio recens præsentis mali, in  
quo demitti contrahique animo rectum  
esse videatur. Voluptas, opinio recens  
boni præsentis, in quo effetti rectum vi-  
deatur. Metus, opinio impendentis mali,  
quod intolerabile videatur. Cupiditas,  
opinio venturi boni, quod sit ex usu iam  
præsens esse, atque adesse. Opinio autem  
quæ in omnes superiores definitiones  
includitur, est imbecilla assensio. In pro-  
posito fidem solum facit orator, in causa  
verò fidem, & motum, de quo mox di-  
cemos.

*Quid inuentio, quid argumentum*

*& argumentatio.*

C A P: X L I I .

Part. II

I Nuentio est ex cogitatio argumenti : Part. II  
argumentum est probabile inuentum  
ad faciendam fidem : vel aliter, est tra-  
tio rei dubiæ faciens fidē. Fides verò est Part. II  
firma opinio: ut si velis fidem facere, elo-

quentiam etiam esse expetendam, exco-  
gitosque illud argumentum, nimur  
esse artē bene dicendi, possis hoc modo  
argumentationem concludere: Ars bene  
dicendi est expetenda: ea est eloquentia:  
est igitur eloquentia expetenda. Est au-  
tem argumentatio argumēti explicatio,  
qua Dialectici pressius, & religiosus,  
oratores ornatiūs, & liberius utuntur.  
*Topic. 8.*

*Quotuplia sint argumenta.*

C A P. XIV.

*Topic. 18.*

*In par. 5.*

**A**Rgumenta partim in eo ipso, de  
quo agitur, hærent; quo circa insita  
dicuntur: partim extrinsecus assumuntur,  
quæ remota vocātur: quoniam absunt,  
longeque ab eo, de quo agitur, disiuncta  
sunt: ut si dicas eloquentiam esse expe-  
tendam, quod bene dicendi sit ars, ratio  
est insita in eo, de quo agitur: eloquentia  
enim est ars bene dicendi. Sin expetendā  
dicas, quod Aristoteli, vel Ciceroni, vel  
Platoni ita visum sit, ratio erit remota:

auctoritas enim illorum virorum non est in ipsa eloquentia, quæ suapte natura esset expetenda sine illorum commendatione.

*De numero locorum.*

C A P. XV.

**L**OCI, vnde argumenta insita eruuntur *In Top.*  
numero sunt sedecim, alia enim 13.  
ducuntur à definitione, alia à partiū enu- *In Part.*  
meratione, alia à notatione; alia conju- 17.  
gata appellantur; alia ex genere, alia ex  
forma, alia ex similitudine, alia ex diffe-  
rentia, alia ex contrario alia ex adiunctis,  
alia ex antecedentibus, alia ex consequē-  
tibus, alia ex repugnātibus, alia ex causis  
alia ex effectis, alia ex comparatione *Lib. 6.*  
maiorum, aut parium, aut minorum. *at-* *cap. 1.*  
gumenta extrinsecus assumpta. Quinti-  
lianō sunt sex, præiudicia, fama, tormenta,  
tabulæ, iuslurandum, testes.

*De definitione.*

C A P. XVI.

**D**Efinitio est oratio, quæ id quod de-  
finitur, explicat, quid sit: ut Virtus *In Top. 6.*  
est recta animi affectio: Rhetorica est *In Top.*  
doctrina dicendi. Definitionum multa 26. &  
sunt & genera, & præcepta, sed ad huius 27.  
libri institutum ea nihil pertinent, tan-  
tum est dicendum, quis sit definitionis

36. DE ARTE  
modus. Sic igitur veteres præcipiunt:  
Cùm súpseris, quæ sùt ei rei, quam de-  
finire velis cù aliis cōmunia, eò usque  
persequi, dum proprium efficiatur, quod  
nullam in aliā rem transferri possit: vt  
hoc, Rhetorica est ars, cōmune adhuc:  
multa enim genera sunt artiū, vt Grā-  
matica, Dialectica; vnum adde verbum.  
Dicendi, iam à communitate res disiun-  
cta videbitur, vt sit explicata definitio.  
Rhetorica est ars dicendi. Hæc facultas

In Orat. 316.  
definiendi debet esse in eloquēte, vt de-  
finire rem possit; est enim explicāda sē-  
pe verbis mēs nostra de quaue re, atq;  
inuolutæ rei notitia definiēdo aperiendā  
est. Definitio enim quasi inuolutum

Decla. 352. euoluit id de quo quæritur. Sed id ora-  
tor non faciet tā pressē & angustē quā  
in illis eruditissimis disputationibus fi-  
eri solet, sed cù explanatiūs, tū etiā ubi-  
tiūs, & ad commune iudicium, popula-  
remque intelligentiā accōmodatiūs. Sic

de Orat. Cicero quid sint optimates definit, cùm  
E7. pro ait: Sed genus vniuersū ( vt tollatur er-  
S. ssio. tor ) breui circūscribi & definiri potest:  
omnes optimates sunt, qui neq; nocē-  
tes, nec natura improbi, nec furiosi, nec  
malis domesticis impediti. Argumēti à  
definitione talis est formula; Ius ciuile

In Top.

est æquitas constituta iis qui eiusdem sunt ciuitatis, ad res suas obtinendas : eius autem æquitatis utilis est cognitio: utilis est ergo iuris ciuius cognitio.

Top. 32.

Sæpè etiam definiunt & Oratores & Poëtæ per translationem verbi ex similitudine cum quadam suavitate, quos licet imitari, ut si adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum vitæ velis definire.

*De partium distributione.*

CAP. XVII.

**A**Rgumento à partiū distributione *In Top.*  
sic est vtendum, nullam vt partem  
relinquamus. Ut si velis probare callidi-  
tatem nō esse virtutem, à virtutis parti-  
bus quæ quatuor sunt, Prudētia, Iusti-  
tia, Fortitudo, Temperantia, sic probare  
possis. Omne quod honestū est, id qua-  
tuor partium oritur ex aliqua: aut enim  
in perspicientia veri, solertiaq; versatur,  
aut in hominum societate tuenda, tri-  
buendoque suum vnicuique, & rerum  
contractarum fide, aut in animi excelsi  
inuictiq; magnitudine ac robore, aut in  
omnium quæ sunt, quæq; dicuntur or-  
dine, & modo: in quo inest modestia, &  
temperantia: calliditas ex nulla illarum  
partium oritur: non est igitur virtus.

33.

## C A P. XVIII.

**Q**uint. lib. I.c. 5. **E**nem inquirit, à Cicerone dicta est notatio. Ea s̄apē vtuntur Oratores, & Poëtæ: vt Ouidius.

**I**n Top. **E**st via sublimis cœlo manifesta sereno,

**I**o. Ouid. **L**aetæ nomē habet, candore notabiliss ipse.

**M**er. li. I. **A** senibus nomen mite senatus habet.

**F**ast. 5. **N**ā quia ver aperit tūc omnia, dēsaq; cedit  
Frigoris asperitas, fœtaque terra patet,  
Aprilē memorant ab aperio tēpore dictam.

**F**ast. lib. 5. **V**is hu-  
**i**us Exē-  
**p**li est. **A** notatione sumitur argumentū, cūm  
ex vi nominis elicetur, hoc modo. Si  
consul est, qui consulit patriæ, non igi-  
tur Piso consul, qui eam euertit.

De Coniugat is.

## C A P. XIX.

**C**Oniugata dicūtur, quæ sūt ex ver-  
bis generis eiusdem. Eiusdē autem  
generis verba sūt, quæ orta ab uno variè  
commutantur, vt sapiens, sapienter, sa-  
pientia. Ex hac verborum coniugatione  
huiusmodi argumento usus est Ouid.

**A**urea nunc verè sunt facula: plurimus  
auro Venit honos.

Et Iuuenalis.

Sūmū crede nefas, animam preferre pudori,  
Et propter vitam viuendi perdere causas.

Cicero etiam : Cùm enim esset omnis *In Pison.*  
 causa illa mea , consularis & senatoria ,  
 auxilio mihi opus fuerat & consulis, &  
 senatus. Est & illud elegans in primis,  
 Homo sum, humani nihil à me alienum *Terent.*  
 puto. Cicero lib. de Orator. hoc vtitur *in Heaut.*  
 exemplo , Si pietati summa tribuenda  
 laus est, debetis moueri, cùm Q. Metel-  
 lum tam piè lugere videatis.

*De genere, & forma.*

C A P. XX.

**G**enus est, quod sui similes commu- *de orat.*  
 nione quadam, specie autem diffe- *l. 189.*  
 rentes, duas, aut plures complectitur par-  
 tes. Partes quas genus amplectitur, for-  
 mæ dicuntur: ut virtus est genus, plures  
 enim formas , quatuor scilicet comple-  
 stetur. Prudentiam, Iustitiam, Fortitudi-  
 nem, & Temperantiam : quæ sunt simi-  
 les, virtutis communione: ut prudentia  
 enim, sic iustitia, sic fortitudo, sic tempe-  
 rantia virtus est. Hinc perspicuum fit ,  
 quid sit forma: est enim pars generi sub-  
 iecta. Argumentum à genere sic tracta-  
 tur, Virtutis laus omnis in actione cōsi-  
 stit, prudentia igitur laus omnis in acti-  
 one consistit Ex forma autem. Quod iu-  
 stitia est, vtique virtus est.

C 4

*De similitudine, & dissimilitudine.*

CAP. XXI.

**S**imilitudo est, que traduxit re quam-

piam ad aliquid ex re dispari simile.

*Aus. ad Ex ea sumitur argumentum hoc modo,*  
*Her. li. 4. Cicero. Sed nimis, ut quidam morbo*  
*50. & sensus stupore suavitatem cibi non*  
*sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi,*  
*verae laudis gustum non habent. Ouid.*

*Trist. lib. Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus*  
*aurum.*

*1. Eleg. 4. Tempore sic duro est inspicienda fides.*

*Ex dissimilitudine, siue differentia duci-*  
*tur hoc modo argumentum.*

*1, de Or. Si barbarorum est in diem viuere: no-*  
*nstra consilia sempiternum tempus spe-*  
*ctare debent.*

*De contrariis.*

CAP. XXII.

**C**ontrariorum genera sunt quatuor,

*Arist. in cap. de opposit. C. in Top. 47.* **C**aduersa, priuantia, que inter se con-

ferunt, & contradicentia. Aduersa sunt,

que in eodem genere plurimum differunt: ut virtus, vitium: que cum animi habitus sint, plurimum inter se differunt:

ut bellum, pax: sapientia, stultitia: ex quibus argumenta talia existunt: Si stulti-

tiam fugimus sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Hinc illud Drácis apud Virgilium.

*Nulla salus bello, pacem te poscimus  
omnes.*

Perinde enim est , atque hoc, Bellum est nobis perniciosum, pax igitur expetenda est. Cicero. Quid, cùm fatentur satis magna vim esse in vitijs ad miseram vitam, nónne fatendū est, eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? Cōtraria, enim contrariorum sunt consequentia. Priuantia sunt habitus, & eius priuatio: vt lux, tenebræ, scientia, inscitia: humana, inhumanitas : præpositio enim, in priuat verbum ea vi, quam haberet : si, in præpositum non fuisset. Ex his ductum est illud Cic. in Miloniana : Eius igitur mortis sedetis vltores , cuius vitā, si putetis per vos restitui posse, nolitis. Tertio loco sunt ea quæ inter se conferuntur , vt duplum , simplum: datum acceptum : miles, & imperator: docere, & discere Ex hoc loco est illud Cice. Ex quo profectò intelligi debet, quanta in dato beneficio sit laus , cùm in accepto tanta sit gloria? & item hoc: non igitur periculum est ne quis putet magna arte & honesta , turpe esse docere alios id , quod

Tob. libo

II.

Tuscs.

Topic.

Pro Masso  
cello.

In Orat.

*lib.* 8.  
*Top.*

ipſis fucrit honestissimum discere. Huc  
pertinet Virgiliandum illud.

*Arma rogo genitrix nato.*

Vltimo loco sunt negantia valde contra-  
ria agentibus: vt si hoc est illud non est:  
ex quibus necesse est alterum verum  
esse, alterum falsum:

*De Adiunctis.*

C A P. XXIII.

*In Top.*  
50.

**A**Diuncta funt ea quæ cum re sunt  
coniuncta: yt locus, vt tēpus, vt ea  
quæ rem circūstāt: yt vestitus, & comi-  
tatus hominē circumstant, & apparatus,  
colloquia, pedum crepitus, strepitus ho-  
minum, rubor, pallor, cæteraque quæ su-  
spicionem possunt mouere. Latissimè  
itaque patent adiuncta:nam & quæ in  
hominis sunt siue animo, siue corpore,  
vt virtus, vt vitia, vt oris vel pulchritu-  
do, vel deformitas, aliisque innumera cō-  
prehendunt. Ab his sumit argumentum  
Cicero pro Milone, cùm ait: Videamus  
nunc id quod caput est, locus ad insidias  
ille ipse, vbi congressi sunt, vtri tandem  
fuerit aptior: & multa deinceps: & paulò  
pōst. Videte tunc illum, primum egrē-  
dientem ē villa subito, cur vesperi: quid

necessè est tardè? quid conuenit præ-  
fertim id temporis? & pro Cornelio, huc  
quisquam incredibili quadam, atque in-  
audita grauitate, virtute, constantia,  
præditum, fædera scientem neglexisse,  
violasce, rupisse, dicere audebit: loquitur  
autem de Pompeio.

*De antecedentibus & consequentibus.*

CAP. XXIV.

**A**ntecedentia sunt ea, quæ sic ante- *Arist.* 2.  
cedunt consequentia, ut cum ipsis *Rhet.*  
necessariò cohærent: qua ratione ab ad- *cap. 2.*  
iunctis distinguuntur: coniuncta enim *Cic.* in  
nunquam necessariò cohærent cum his, *Top.*  
quibus adiuncta sunt. Argumenti ab an- *Arist.* 2.  
tecedentibus talis est formula. Ortus est *10. ca. 2.*  
sol, igitur dies est. Consequentia verò *in Top.*  
sunt, quæ rem necessariò cōsequuntur:  
ab eis dicitur argumētum, cūm ratio rei  
dubia faciēs fidem sumitur à consequē-  
tibus hoc modo: Dies est, igitur ortus *Phil.* 7.  
est sol. Ex hoc loco est illud Ciceronis  
in **A**ntonium, Luculentam tamen ipse  
plagam accepit, ut declarat cicatrix: pro-  
bat enim, quoniam cicatrix magna esset,  
vulnus quoque fuisse magnum.

**R**epugnantia neque certa lege, neq;  
numero inter se dissidet, qua ratio-  
ne à contrarijs atque dissimilibus discer-  
nuntur: Exempli gratia, amare & odio  
habere cōtraria sunt: amare verò, & no-  
cere, & lādere: & conuitiis insectari, re-  
pugnantia sunt. Argumēti à repugnan-  
tibus talis est formula: Amat illum, igit-  
tur non insectatur illum conuitiis. Hor-  
tensius non erat aduersarius Ciceronis,  
aut obrectator: semper enim est alter  
ab altero adiutus, & communicando, &  
mouendo, & fauendo.

*De causis.*

**Cic. de si.** **C**Ausa est, quæ sua vi efficit id cuius  
est causa: ut vulnus mortis, cruditas  
morbi, ignis ardor. Eius quatuor sūt ge-  
nera, finis, efficiens, forma, materia. Finis  
est cuius gratia fit aliquid, ut domus finis,  
est usus; belli pax; hominis beata vita.

**Ar. lib. 8.** Ab eo dicit argumentū hoc modo Ci-  
*Physi.* cero contra Epicureos. Hi nō viderunt,

**cap. 3.** ut ad cursum equum, ad arandum bouē,

**De finib.** ad indagandum canem: sic hominem ad  
duas res, ut ait Aristoteles, intelligendū  
& agendum, esse natum quasi mortale

Dcum

Deum :contráque, vt tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum & procreandi voluptatem , hoc diuinum animal ortum esse voluerunt, quo nihil mihi videtur absurdius. Hui⁹ enim loci hæc vis est: homo natus est ad intellegendum & agendum , nō igitur ad pastum & voluptatem est ortus. Efficiens causa est , qua aliquid est , vt sol diem efficit,toto cœlo luce diffusa. Ab ea est illud Ciceronis contra senectutis vituperatores : Caret epulis, aiunt , extructisque mensis, & frequentibus poculis , caret ergo vinolentia, cruditate , & insomnijs. Cuius loci vis in eo est, quod vbi causa deest, effecta, quæ ex illa oriuntur , nullo esse modo possint. Et Nisus, vt Eurialum seruet , se auctorem cædis profitetur.

*Me, me, adsum qui feci, in me conuerisse  
ferrum*

*O Russli, mea fraus omnis, nihil iste, nec  
ausus,*

*Nec potuit.*

Forma est oratio rei, & nota per quā res est id quod est, & à rebus alijs distinguitur, vt animus est hominis forma : hic enim causa est, vt homo sit, eumq; à rebus alijs distinguit. Sic dom⁹, sic nauis,

In lib. dge  
Senecte.

En. lib. 9<sup>o</sup>

Arist. 2.  
Ph. sic. 3.

sic ignis, sic terræ, cæterarūmque rerum sua forma est, vel artificiosa, vel naturalis. Ab ea dicitur argumentum hoc modo, animi hominum immortales sunt homines igitur ad æternitatem, immortalitatēmque beatæ vitæ aspirare debent. Materia est, ex qua, & in qua res sunt: ut statuæ æs, argentum pateræ, corpus hominis. Ex materia sic sumitur argumentum: Corpus hominis mortale est, ab eius igitur societate, & contagione immortalis animus seuocandus est.

*Lib. 2.* Ex hoc loco Regia solis apud Ouidium,  
*Met. li. 8.* Arma Æneæ apud Virgilium: multa  
*A.F. 5.* signa sublata à Verre, à Cic. describuntur. Ex his causarum generibus tāquam  
*in Ver-* ex fonte, non modo in Caussis, sed in  
*rem.* omni scribendi genere magna argumen-  
 torum suppetit copia. Licebit igitur di-  
 ligenter, eo cognito, non modo Oratori-  
 bus, & Philosophis, quorum est propri-  
 us, sed Historicis etiam, & Poëtis multa  
 & varia, & copiosa ex eo facile depro-  
 mere.

*Arist. 2.* *De Effectis. Cap. XXVII.*  
*Post. c. 7.* *E*ffecta sunt ea quæ sūt orta de cau-  
*Cir. i<sup>4</sup>* sis. Eorum, ut causarū, quatuor sūt  
*Tep. 10* genera: est enim suus effectus, & finis, &  
 efficientis causæ, itēmque formæ, ac me-

tetiae. Quæ autem sint singularum causarum effecta, cognitis causis intelligitur: ut enim, quod effectum est, quæ fuerit causa demonstrat, sic causa effectum indicat. Nam si finis belli pax est, bellum eius pacis, quæ bello quæritur, effectus est: codémque modo dies solis effectus est: & homo corporis, & animi: quorum illud materia eius est, hic forma. Ab effectu sumitur hoc modo argumentam.

Virtus facit laudem, sequenda igitur:  
at voluptas infamiam, fugienda igitur.

*De comparatione.*

C A P. XXVIII.

**L**ocus à comparatione simplex qui Arist. 2: laudem est, sed dupliciter tractatur: à Top.ca.4: comparatione nimium maiorum, vel & 2. minorum, vel parium. A comparatione Rhet. maiorum ducitur argumentū hoc modo, si quod magis videtur conuenire, non conuenit, ne id quidem quod minus: ut, non me fecellit, Catilina, non modò res tata, tam atrox tam incredibilis, verū id, quod multò magis est admirandū, dies: etenim si summi viri, & clarissimi ciues Saturnini & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam

honestarunt, certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida ciuiū interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret.

A minoribus ad maiora ducitur argumentum hoc pacto, si quod minus videtur conuenire, tamen conuenit, ergo & id quod videtur magis, Ouid.

*Vt corpus redimas ferrū patieris, & igneis,  
Arida vel sitiens ora lauabis aqua,*

*In Epist. Vt valeas animo, quidquam tolerare ne-  
Lib. I. ad gabii?*

*Lollium. At premium pars hac corpore maius habet.*

Et Horatius.

*Vi iugulent homines surgunt de nocte la-  
trones.*

*Vt te ipsum serues, non expurgisceris?*

Et Cicero; Capitolum, sicut apud maiores nostros factum est, publicè gratis coactis fabris, operisque imperatis, exædisceari, atque effici potuit? maiore igitur ratione nauis Cybea: & in Catil. I. Serui mehercle mei si me, &c.

Partium autem comparatio nec elationem habet, nec submissionem, est enim æqualis. Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur, quæ ita ferè cōcluduntur

cluduntur. Eripuit contra Remp. pecunias; ergo & largitus est: & si tibi non licuit imperare nauē Mamertinis fœderatis, non licuit imperare Taurominitanis <sup>2. de Or.</sup> item fœderatis: aut si illis iure est imperata nauis, etiam fidis potuit imperari. <sup>lib 5. de Accen.</sup>

*De argumentis remota*s*.*

## C A P. XXIX.

**A**rgumenta siue remota, siue assumpta, non èò dicuntur sine arte, quòd ita sint, sed quòd ea non parit oratoris ars, sed fortis ad se delata, tamen arte tractat. Ea Cicero in Topicis testimonij <sup>In part.</sup> nomine complectitur. Testimonium enim in eo loco dicit omne id, quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidē. Sed ad intelligendum erit facilius, si cum Quintiliano in præjudicia rumorē, & fainam, tormēta, tabulas, iuriurandū, & testes ea diuidam<sup>9</sup>: Quę ut ipsa per se <sup>Lib. I. à cap. I. usque ad 7.</sup> carent arte, ita summis eloquentiæ viribus & alleuanda sunt plerumque, & refellēta. Quare genus harū rerum, quę ad oratorem deferebantur meditatum, in perpetuum usum similiūm rerū veteres oratores habebant. Nunc translatus ab

oratoribus ad Iurisconsultos iudicijs, & veterum oratorum scripta intelligamus, cognoscenda sunt.

*De praividicijs, & testibus.*

CAP. XXX.

**C**Æteris quatuor omissis, quæ facilem intelliguntur, de prævidiciis, & testibus dicamus. Prævidiciorum vis omnis tribus in generibus versatur Rebus, quæ aliquando ex paribus causis sunt iudicatae, quæ exempla rectius dicuntur. Iudicijs ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomen ductum est, qualia in Milonem à senatu facta dicuntur. Aut cum de eadem causa est pronunciatum. Veteres oratores & pro testibus, & contra testes magno labore dicebant, ut è pluribus Ciceronis orationibus, maximè que oratione pro Flacco appareat. Nunc iudiciorum mutata ratio facit, ne is labor sit necessarius: & ut de rumore, fama, tormentis, iurevitando, pluribus agendum sit.

*De usu, & utilitate locorum.*

CAP. XXXI.

**H**os locos multa commentatione, atque meditatione paratos, atque expeditos, qui volet in dicendo excellēs esse, habere debet. Atque ut quæque res

ad dicēdum erit suscep̄ta, tum denique  
scrutari locō ex quibus argumēta eruat.  
Quæ quidem ei, qui mediocriter ea mo-  
dō considerarit, studio adhibito, & vſu  
pertractata esse possūt. Est enim utilissi-  
mū noſte regiones, intrā quas veneris, &  
peruestiges quod quæras. Vbi cūm lo-  
cum omnem cogitatione ſepſeris, si mo-  
dō vſum rerum percallueris, nihil effu-  
giet, atque omne quod erit in re occur-  
ret, atque incident. Ut enim ſi aurum, cui,  
quod eſſet multifariam deſſoſſum, com-  
monſtrare aliquid vellet, ſatis eſſe debe-  
ret, ſi signa, & notas oſtenderet locorum:  
quibus cognitis, ille ipſe ſibi foderet, & id  
quod vellet paruo labore, nullo errore  
inueniret: ſic hās argumentorum notas  
indicare ſatis eſt, quæ illa quærenti de-  
monſtrantvbi ſint. Reliqua cura, & co-  
gitatione eruntur.

2. de.  
Ora. 17.

4.

*Qui modus in argumentis adhibendus.*

CAP. XXXII.

**N**ec verò imprudenter quisquā vte-  
tur hac copia, ſed omnia expēdet  
& ſeliget. Non enim ſepe nec in omni-  
bus cauſis, ex iisdē eadē argumentorum  
momēta ſunt. Iudicium ergo adhibebit,  
nec inueniet ſolū quid dicat, ſed etiā ex-  
pendet. Nihil enim feracius ingenij, ijs

præsertim, quæ disciplinis exculta sunt: sed ut segetes fœcundæ & vberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic interdu ex illis locis, aut leuia quædā, aut à causis aliena, aut non vtilia gignuntur. Quorū ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Illud autē intelligendum ex his locis & ad faciendam fidem, & ad efferendum motum auditorum animis, materiam petit. Sed quia difficile est, etiā si locorum naturam cognoueris, ex illis ea, quæ ad mouēdos animos valēt, erere, de affectibus mouendis separatim dicamus, illud iterum monentes, nihil plenē esse siue ad docendum, siue ad mouendum accommodatum, quod ex his supradictis fontibus non fluat.

*De effectibus. Cap. XXXIII.*

**M**axima vis existit oratoris in hominum mentibus permouendis, quod amplificatione sit. Est enim amplificatio grauior quædam affirmatio: quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem. Ea & verborum genere conficitur, & rerum. Quæ verba in amplificatione ponenda sint, tuc dicemas, cum ad elo-

cutionis præcepta venerimus. Rerum amplificatio sumitur ex eisdem locis omnibus, quibus illa quæ dicta sunt ad fidem : maximèque definitiones valent congregatae, & consequentiū frequētia, & contrariarum, & dissimilium, & inter se pugnantium rerum conflictio, & causa, & ea quæ sunt orta de causis, maximèque similitudines, & exempla.

*De Amplificatione à definitionibus**conglobatis.***C A P. XXXIV.**

**A** Definitionibus cōglobatis est illa Ciceronis amplificatio. Historia In Cat.  
verò, testis temporum, lux veritatis, vita Orat. 4.  
memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? Est & illud ex ex eodem loco in primis illustre exemplum eiusdem pro Sestio: Ignari quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quæ in tempestate saeva, quieta est, & lucet in tenēbris, & pulsâ loco manet tamen atque hæret in pattia; splendetque per se semper, nec alienis vñquam fôrdibus obsolevit. Vbi sunt quinque quasi definitiones, tum historiæ, tum virtutis congregatae: raro enim adhi-

betur ab oratore definitio, ad amplificandum, quæ genere declaretur, & proprietate.

*De amplificatione à consequentium frequentatione.*

C A P. XXXV.

A.7.2.

**A**Consequentium frequentatione est illa in Verrē amplificatio. Constitue nihil opis esse in hac voce, Ciuis Romanus sum, iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè paruit, Ciubus Romanis ista defensione p̄excludens.

*De amplificatione à contrariarum rerum confictione.*

C A P. XXXVI.

Eph. 2.6.

**A**Rerum contrariarum, confictione est illa amplificatio Ciceronis in Antonium: Tam autem eras excors, ut tota in oratione tecum ipse pugnares, ut non modo nō coherentia inter se diceres, sed maximè disuncta, atque contraria, ut non tanta mecum, quanta tecum

tibi esset contentio. Vitricum tuum in tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectum querebare. Ita quod propriè meū est laudasti: quod totius senatus est, reprehendisti: Nam cùm comprehensio fontiū mea, animaduersio senatus fuerit, homo disertus non intelligit, eum quem contradicit, laudari à se eos apud *Philip.* dicit, vituperari. Et in eisdem orationibus: *O* spectaculum illud non modò hominibus, sed vndis ipsis, & littoribus luctuosum, cedere patria seruatorem eius: manere in patria proditores. Et in Catilinam: *Hoc* verò quis ferre possit; inertes *Orat. 2.* homines fortissimis insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobrijs, dormientes vigilantibus? *E*x hoc loco etiam est illud eiusdem in Pisonem & Gabiniū. Qui latrones igitur, siquidem vos consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnū nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas Consulis; non capiunt angustiæ pectoristui, non recipit leuitas ista, non egestas, non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam grauem, tam seueram.

*In Epif.*

*De amplificatione à dissimiliū, & inter se  
pugnantium rerum confictione.*

## C A P. XXXVIII.

Philip. 2.

**A** Dissimiliū rerum confictione sumpta est eleganter amplificatio illa Ciceronis: O tecta ipsa misera, quam dispari Domino, quamquam quomodo iste Dominus, sed tamen quam à dispari tenebantur studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diuersorium: quæ in illa villa ante dicebantur quæ cogitabantur? quæ litteris mandabantur? iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiæ ratio, omnisque doctrina: at verò de inquilino fñon enim Domino ) personabant omnia vocibus ebriorum, natabant paumenta vino, madebant parientes, ingenui pueri cum mèritorijs, scorta inter matresfamilias versabantur. At illa ex contentione pugnantiū rerum. Quia in re mihi ridiculè es visus esse inconsans: qui eundem & læderes, & laudares, & virum optimum, & hominem improbissimum esse dices: eundem tu & honoris causa appellabas, & virum primarium esse dicebas: & socium fraudasse arguebas.

L. Ros.

Cem.

*De amplificane à causis conglobatis: &  
his quæ orta sunt de causis.*

## C A P. XXXVIII.

**C**AUSÆ ETIAM, & EA QUÆ SUNT DE CAU-  
SIS ORTA, MULTUM VALENT AD AMPLIFI- In Orat.  
Pro S. f.  
CANDUM, SI CONGLOBENTUR: CICERO MULTAS  
& VARIAS CAUSAS, PROPTER QUAS MULTI ES-  
SENT AB EO ALIENIORES, IUNXIT HOC MODO:  
CUM ALIJ ME SUSPICIONE PERICULI SUI NO  
DEFENDERENT, ALIJ VETERE ODIS BONORUM  
INCITARENTUR, ALIJ INUIDERENT, ALIJ OBSTA-  
RE SIBI ME ARBITRARENTUR, ALIJ VLCISCI DO-  
LOREM SUUM ALIQUEM VELLENT, ALIJ REM  
IPSAM PUBLICAM, ATQUE HUNC BONORUM  
STATUM, OTIUMQUE ODISSENT, & OB HASCE  
CAUSAS TOT TAMQUE VARIAS ME VNUM DE-  
POSFERENT. ORTA VERÒ DE CAUSIS AD AM-  
PLIFICANDUM ADHIBUIT CONTRA M. ANTO-  
NIUM, DOLETIS TRES EXERCITUS P. R. INTER-  
FECTOS? INTERFECIT ANTONIUS. DESIDERATIS  
CLARISSIMOS CIUES, COS QUOQUE VOBIS  
ERICPIUIT ANTONIUS: Auctoritas huius or-  
dinis afflita est, afflixit Antonius: OM-  
NIA DENIQUE, QUÆ POSTEA VIDIMUS MALA  
(QUID AUTEM MALI NON VIDIMUS) SI RECTE  
RATIOCINABIMUR, VNI ACCEPTA REFERUNTUR  
ANTONIO. EX HOC LOCO MEZENTIJ IMMA-  
NEM CRUDELITATEM AUGET EUANDER apud Liber. I.  
VIRGILIIUM.

*Quid memorem infandas eades? quid factis  
tyranni.*

*Efferat? Dij capiti ipsius, generique reseruet.  
Morsua quinetiam iungebat corpora viuis,  
Componens manibusque manus, atque ori-  
bus ora.*

*Tormenti genus, & sanie taboque fluentes,  
Complexu in misera, longa cum morte...ne-  
cabat.*

*De amplificatione à similitudine,  
atque exemplo.*

### C A P. XXXIX.

*Cicer. in Verrem, non enim Caryb-  
Verrem 7. C*idim tam infestam, neque cyllam  
nautis, quam istum in eodem fredo fu-  
isse arbitror. Virgilius etiam ex hoc loco  
*Aeneid. I.* pulchritudinem Æneæ pulcherrimis  
carminibus amplificauit.

*Restitit Aeneas, claraque in luce resulfit,  
Os, humerosque Deo similis: námque ipsa  
decoram*

*Casarem nato genitrix, lumenque iuventa  
Purpureū, & laicos oculis adflarat honores,  
Quale manus addunc ebori decus, aut ubi  
flavo.*

*Argentum, Parvusve lapis circu datur auto.*

Idem mirificè expressit vim, qua Æneas  
in Turaum hastam coniecit:

*Cunctanti telum Aeneas fasale coruscat,*

*Sorribus fortunam oculis, & corpore toto*

*Eminus intorquet: murali concita nunquam*

*Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tatis*

*Dissultant crepitus, volat atri turbinis instar*

*Exitium dirum hastæ ferens.*

Ab exemplis vero est illa Ciceronis am-

plificatio pro Milone. Quamobrem rete-

retur eadem confessione Titus Annius, *Pro Mi.*

qua Hala, qua Nasica, qua Opimius, qua

Marius, qua nosmetiphi. Et in Catilinâ,

An vero vir amplissimus P. Scipio Pon-

tifex Maximus, Tiberiu Gracchum me-

diocriter labefactantem statum Reipub.

priuatus interfecit: Catilinam vero or-

bem terræ cæde, atque incendiis vastare

cupientem, nos Consules perferemus?

nam illa nimis antiqua prætereo, quod

Qu. Seruilius Hala. Sp. Melium nouis

rebus studentem, manu sua occidit.

*Ancidet.*

*Orat. I.*

*Qua sunt ad amplificandum adhibenda.*

**CAP. XL.**

**S**i causa patitur, ea sunt ad amplificā- *in Partibus*  
dum adhibenda, quæ magna haben- 36.

tur? quorum est duplex genus. Alia enim magna natura videtur, alia vsu. Natura, vt cœlestia, vt diuina, vt ea quorum obscuræ causæ, vt in terris mundoque; admirabilia quæ sunt: ex quibus, similibusque si attendas, ad augendum multa suppetunt. Vsu habentur magna, quæ videntur hominibus aut prodesse, aut obesse vehementius, quorum sunt genera ad amplificandum tria. Nam aut charitate mouentur homines, vt Dei, vt patriæ, vt parentum, aut amore, vt fratrū, vt conjugum, vt liberorum, vt familiarium: aut honestate, vt virtutū, maximèque earū quæ ad communionem hominum, & liberalitatem valent. Ex his & cohortationes sumuntur ad ea retinenda; & in eos, à quibus ea violata sunt, odia incitatur, & miseratione nascitur, proprius locus augendi in his rebus, aut amissis aut amittendi periculo. Quamvis enim neque ad probandum, neque ad amplificandum, adhiberi quicquā potest, quod ex locis petitum non sit, tamen ea ipsa, quæ petuntur à locis ad amplificandum, magna esse debent. Sic fecit Cicero in Catilinā cùm ait: Quapropter de sūma salute vestra & populi Romani P.C de vestris coniugibus ac liberis, de aris, ac fociis, de fanis

*De Q. rat.*  
2.36.

ac templis, de totius orbis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque vniuersa Repub. decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Pleraque omnia sumpta sunt è loco ab adiutatis, sed sunt vsu magna. Virgil. etiā cùm Iulij Cæsar is deplorat mortem à rebus natura magnis, quas ad locos suprà dictos referre tamen possis, amplificationem duxit.

*Ille etiā ex extincto miseratus Casare Rōmam  
Cūm caput obscura nītidū ferrugine tecit,  
Impiaque aeternam timuerūt secula noctum.  
Quam vsque ad libri finem elegantissime  
persequitur.*

*Quid in amplificatione seruandum.*

## C A P. X L I.

**N**ihil in amplificatione nimis enucleandū est. Minuta est enim omnis diligentia, hic autem locus grandia requirit. Illud est iudicij, quo quaque in causa genere vtamur agendi. In illis enim causis, quæ ad delectationē exornantur, iij loci tractādi sunt, qui mouere possunt expectationem, admirationem, voluptatem. In cohortationibus autem bonorum ac malorum, enumerationes, & exempla valent plurimum: in iudicijs accusatori, sc̄rè quæ ad iracundiam, reo ple

plerūmque quæ ad miserationem perti-  
nent. Nonnumquam tamen accusator  
misericordiam mouere potest, & defen-  
sor iracundiam.

*Cur quadam inuentionis præcepta ad cauſa-  
rum genera deniur accommodata, &  
de dignitate exornationis.*

C A P. XLII.

Part. 3.

**E**T si ex supradictis fontibus omnis ad omnem orationem manat inuen-  
tio, tamen veteres oratores de generibus caufarū (ut discentium minuerent labo-  
rem) seorsum præcepta tradiderunt. De  
præceptis autem exornationis in primis  
dicendum est. Nam latum genus est, sa-  
néque varium, ut quod ad laudādos cla-  
ros viros, & ad improbos vituperāndos  
fuscipliatur: & ad aliorum etiam vel ani-  
malium, vel carentium anima laudem,

Quint. li.

3. cap. 1.

Lib. 4.

Part.

vel vituperationē adhibeantur: ut Ci-  
cero laudes Pōpeij in Oratione pro lege  
Manilia, Siciliæ in libris accusationis in-  
Verrem: studiorum verò humanitatis in  
oratione pro Archia Poëta exornauit.  
Accedit etiam ad eius commendationē,  
quod nullum est genus orationis, quod  
sit vberius ad dicendū, aut utilius ciui-

eratibus esse possit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum, vitiorumque versetur. Conficitur autem genus hoc dictionis ad animi motus lenitor tractandos, magis quam ad fidem faciendam, aut confirmandam accommodare. Proprium enim laudis est, res amplificare, & ornare. Quam ob causam Aristoteles, & postea Cicero, & Quintilianus idoneam maximè inter omnia genera causarum existimauerunt ad scribendum exornationem.

*Ex tempore praterito quomodo laus ducantur.*

### CAP. XLIII.

**L**AUS hominum, cuius cognita praescepta facile ad res alias transferentur, diuiditur in tempora, quodque ante eos fuit, quoque ipsi vixerint. In his autem qui vita functi sunt, etiam quod est insecurum. Ante hominem patria, ac parentes, maioresque erunt; quorum duplex tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus nobilitasse factis. Illa quoque interim ex eo, quod ante ipsum fuit, tempore trahentur, quæ responsis, vel oraculis, vel signis futuram claritatem promiserint, ut in diao Ioanne Bapti-

*Arist. lib.*

*2. Rhet.*

*c. 6. &*

*Quint. li.*

*3. cap. 7.*

*Quint.*

*li. 3, c. 3.*

*Quint.*

*lib. 1. cap.*

ista, multisque aliis viris sanctissimis.

*De tempore quo vixit is, qui laudatur.*

## CAP. XLIV.

**I**psius laus hominis ex animo, & corpore, & extrâ positis peti debet. Externa sùt, vt educatio, opes diuitiae, propinquia, amici, potentia, gratia, ceteraque huiusmodi. In corpore vero sunt hæc, forma, vires, valetudo, & his similia.

*Quint. li.* Qui hæc habuerit, laudabitur, quod bene  
*3. c. 7.* illis fit usus: si non habuerit, quod sapiē-  
*Cicer. de* ter caruerit: si amiserit, quod moderatē  
*Orat. lib.* tulerit. Et quamuis & corporis & fortui-  
*2. 342.* ta, quæ dicuntur bona, in se verā laudē  
 non habeant, quæ deberi virtuti vni pu-  
 tatur, tamen quod ipsa virtus in earū re-  
 rum usu, ac moderatione maximè cerni-  
 tur, tractanda etiā in laudationibus hæc  
 sunt. In quibus est summa laus, non ex-  
 tulisse se in potestate, non fuisse insolentem  
 in pecunia, non se prætulisse aliis  
 propter abundatiā fortunæ: ut opes &  
 copiae non superbiae videantur ac libidi-  
 ni, sed bonitati, ac moderationi facultati-  
 tem, ac materiam dedisse. Inter corpo-  
 ris vero bona, forma quæ viriutē signifi-  
 cat, facile laudatur, quod elegantissi-  
 mè Latin⁹ Poëta his verbis significauit.

*Tusasur fauor Euryalum , lachrymaque  
decora.*

*Gratior & pulchro veniens in corpore vir-  
tus.*

Sed horum omnium leuior , at animi *Quintil.*  
semper vera est laus : quæ quoniam à lib. 3. 6.  
virtute proficiscitur, de illa nunc dicen- 7  
dum est.

*De animis bonis , & virtute , qua  
scientia cernitur.*

C A P. XLV.

**V**irtutis duplex est vis : aut enim *In par.*  
scientia cernitur virtute, aut actio- 76.  
ne. Nā quæ prudētia, quæ calliditas, quæ-  
que grauissimo nomine sapientia appel-  
latur, hæc scientia pollet vna : quæ verò  
moderandis cupiditatibus regendisque  
animi motibus laudatur, eius est munus  
in agendo. Prudentia est rerum expetē-  
darum, fugiendarumque scientia. Sapiē-  
tia autem virtutum omnium princeps ,  
est diuinarum, humanarumque rerum  
sciētia. Sunt autem aliæ quasi ministræ ,  
comitesque sapiētiæ: quarum altera, quæ  
dialectica dicitur , quæ sūt in disputādo  
vera, atq; falsa , quibusque positis , quid  
sequatur, distinguit, & iudicat. Altera est

*Offic. 2.*

oratoria. Nihil enim est aliud Eloquen-  
tia , nisi copiosè loquens sapientia , quæ  
ex eodem hausta genere, quo illa quæ in  
disputando, vberior est atque latior , &  
ad motus animorum , vulgique sensus  
accommodatior. Studia etiam omnium  
bonarum artium ad hunc locum perti-  
nent.

*De virtute quæ in actione consistit.*

C A P. XLVI.

Offic. I.

**V**irtus quæ in actione posita est tres  
habet partes, Iustitiam, Fortitudi-  
nem, Temperantiam. Iustitia est virtus  
quæ in hominum societate tuenda , tri-  
buendóque suum cuique, & rerum con-  
tractatum fide versatur: Illa erga Deum  
religio, erga parentes pietas, vulgo au-  
tem bonitas, creditis in rebus fides , in  
moderatione animaduertendi lenitas ,  
amicitia in benevolentia nominatur.  
Fortitudo est considerata perieulorum  
susceptio & laborum perpessio, cuius est  
liberalitas in ysu pecuniae. Temperantia  
est rationis in libidinem , atque in alios  
non rectos impetus animi firma & mo-  
derata dominatio. Custos verò virtutum  
omnium, deinceps fugiens , laudemque  
maximam consequens , Verecundia est.

Offic. II.

In part.

1. 2 de

Inuent.

863.

In Part.

77.

Part. 79.

*Quomodo laus ab hoc loco sit  
ducenda.*

## CAP. XLVII.

**E**T quoniā singularum virtutū sunt certa quædā officia, ac munera; & sua cuique virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude Iustitiæ, quid cum fide, quid cū æquabilitate, quid cū huiusmodi aliquo officio, is qui laudabitur, fecerit. Huc spectat illa Ser. Sul-  
pitij laus apud Ciceronē. Nec verò si lebitur admirabilis quædā, & incredibili-  
lis & penè diuina eius in legibus inter-  
pretandis, & æquitate explicāda, sciētia.  
Omnes qui ex omni ætate hac in ciui-  
tate intelligētiā iuris habuerunt, si vnu  
in locū cōferantur, cū Ser. Sulpitio non  
sunt cōparādi. Neque enim ille magis iu-  
ris cōsultus, quā iustitiæ fuit. Itaq; quæ  
proficisciēbatur à legibus, & iure ciuili;  
sēper ad facilitatē, æquitatēmq; refere-  
bat: neq; cōstituere litium actiones ma-  
lebat, quām cōtrouersias tollere. Itēmq;  
in cæteris res gestæ ad cuiusque virtutis  
genus & vim & nomen accōmodabun-  
tur. Gratissima autem laus eorum fa-

*De Orat.*

2. 344.

*Philip. 9.**de O-*

2. 345.

ctorū habetur, quæ suscepta videntur à viris fortibus sine emolumento, ac præmio quæ verò etiā cum labore, periculo ipsorū hæc habēt uberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatissimè possunt, & audiri facile. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa alijs, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita.

**Philip. 9.** Hinc seruum Sulpitiū mirificè Cicero laudat, quod difficillimo Reipu. tēpore, graui periculosoque morbo affectus, auctoritatem Senatus, salutēmque populi Romani vitæ suæ præposuerit, cōtraque vim grauitatemque morbi cōtenderit, ut ad castra Antonij, quod senatus cū mi-

**de O.** serat, perueniret. Magna etiam illa laus

**346.** & admirabilis videri solet, tulisse casus sapiētē aduersos, non fractū esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatē.

**Mil.** Sic Cicero, Milonis in graui ac difficiili tempore vultum semper eundem & vocem, & orationem stabilem ac non mutatam commendat, & eius infractum, & excelsū animū extollit. Sumendæ autē res erunt aut magnitudine præstabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipso singulares. Eiusmodirerū plenæ sūnt orationes Ciceronis pro Ilege Manilia &

pro M. Marcello, in quarum altera Cn. Pompeium, in altera Iulium Cæsarem laudat, neque enim paruæ, neq; vñstatæ, neque vulgares admirationes, aut omnino laude dignæ videri solent. Est enim cum cæteris præstantibus viris comparatio in laudatione præclara. Sic apud Virgilium Augustus Cæsar cum his comparatur, quorum erant illustres vi-  
ctoriae.

*Nee verò Alcides tantum telluris obiuit,* Libr. 9.  
*Fixerit aripedem ceruam licet, aus Eri-* Aeneid.  
*manthi*

*Placarit nemora, & Lernam tremefacerit*  
*arch.*

*Nec qui pampineis victor iuga flectit ha-*  
*benis*

*Liber, agens celso Nisa de vertice tigres.*

Et Cicero in Philippicis Marcum Antonium cum Tarquinio Superbo comparat: & D. Brutus, qui regnare non patiebat Antonium, beneficia in Republica maiora esse docet, quam L. Brutus, a quo Tarquinius expulsus est. Philip. 4.

*De tempore, quod finem heminie  
 in sequitur.*

**Part. 83.** **N**e mores eorū, quorum vita laudabitur silētio præteriri debebūt, si modò quid erit animaduertēdum, aut in ipso genere mortis, aut in ijs rebus, quę mortem erunt consecutæ. In tempore autem, quod finem hominis insequitur, insunt habiti post mortem honores, decreta virtutis, p̄m̄ia, res geste iudiciis hominum comprobatae. Afferrunt etiam laudem liberi parentibus, v̄bes conditoribus, & leges latoribus, artes inuentoribus, nec non instituta quoque autorib⁹. Hinc est illud Ciceronis de Ser. Sulpitio, Quamquam nullum monimētū clarius. **S**. Sulpitius, relinquere potuerit, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium, cuius luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Et in alia oratione: Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales, benevolentia famaque sustulimus. Omnis ordo supradictus in vituperatione constabit tantū in diuersum, id quod in Orationibus Ciceronis in Pisonem in Vatinium, in M. Antonium, maximęque ex secunda Philippica animaduertere licet.

**Quint. li.** **z. cap. 7.** **i**udiciis hominum comprobatae. Afferrunt etiam laudem liberi parentibus, v̄bes conditoribus, & leges latoribus, artes inuentoribus, nec non instituta quoque autorib⁹. Hinc est illud Ciceronis de Ser. Sulpitio, Quamquam nullum monimētū clarius. **S**. Sulpitius, relinquere potuerit,

**Philip. 9.** rit, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium,

**In Cail.** cuius luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Et in alia oratione: Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales, benevolentia famaque sustulimus. Omnis ordo supradictus in vituperatione constabit tantū in diuersum, id quod in Orationibus Ciceronis in Pisonem in Vatinium, in M. Antonium, maximęque ex secunda Philippica animaduertere licet.

*De laude urbium.*

## C A P. XLIX.

**L**AUDANTUR VRBES SIMILITER ATQUE HOMINES. NAM PRO PARENTE EST CONDITOR, & MULTUM AUTHORITATIS AFFERT VETERITAS, & VIRTUTES, AC VITIA CIRCA RES GESTAS, EADÉMQUE IN SINGULIS.ILLA PROPRIA, QUAE EX LOCI POSITIONE, AC MUNITIONE SUNT. CIUES ILLIS, UT HOMINIBUS LIBERI, DECORI. AD HUNC LOCUM PERTINET ILLUD VIRGILIJ DE VRBE ROMA.

*En buius, natae, auspiciis illa inclyta Roma,  
Imperium terris, animos aquabis olympos.  
Sepiemque una sibi muro circuadabat arces,  
Felix prole virium.*

IDEM ETIAM POËTA ITALIÆ LAUDES ELEGANTISSIMÈ CELEBRAUIT EX HIS LOCIS, IN SECUNDO LIBRO GEORGICORUM.

*De deliberatione.*

## C A P. L.

**Q**UÆ TRADITA SUNT EXORTATIONIS PRÆCE. PTA, MULTUM AD SENTENTIAM DICENDAM VALÉT: QUA PLERÙQ; EADĒ ILLIC LAUDARI, HIC SUADERI SOLENTE. IN DELIBERĀDO FINIS EST DIGNITAS: AD QUĀ OMNIA REFERUNTUR IN CÓSILIO DÁDO, SENTENTIÁQ; DICENDA. Sunt autē & IN SUADEndo, & IN DISSUADĒDO TRIA PRIMÙM SPECTĀDA, QUID SIT DE QUO DELIBERETUR, QUI SINT QUI DELIBERĒT, QUI SIT QUI SUADET,

*Quint.  
li. 3. c. 7.*

*Aenei. 6.*

*de Ora. 2.  
Quint. li.  
3. c. 8.*

*Quint.  
lib. 5.  
cap. 3.*

*Philip. 7.*

*Art.  
Rhet. lib.  
4. Cic.  
de Ora. 2.*

**R**em de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertū si incer-  
tum, hæc erit quæstio sola, aut potētissi-  
ma. Sēpe enim accidit vt prius dicamus,  
ne si possit quidem fieri esse faciendum:  
deinde fieri nō posse. Cūm autē de hoc  
quæritur, cōiectura est, vt, An Rex Ale-  
xander terras vltra Oceanū sit inuentu-  
rus. Sic ait Cic. Pacem cum M. Antonio  
esse nolo, quia turpis est, quia pericula-  
sa, quia esse non potest. Quæ tria diligē-  
tissimè in oratione explicat. Quædā &  
fieri posse, & futura esse credibile est,  
sed aut alio tēpore, aut alio modo. Par-  
tes suadēdi in vniuersū sūt tres, prima  
est, vt doceam⁹ effici posse id quod sua-  
demus: secūda deinde honestū esse: po-  
strema verò esse vtile. In primis itaque  
videndū est, an effici possit id quod sua-  
demus: nā si quid effici non possit, deli-  
beratio tollitur, quāuis & honestum, &  
vtile sit. Videndū etiam est quām facilē  
possit: nā quæ perdifficilia sunt, perinde  
habēda sūt, ac si effici nō possint. Et cū  
de necessitate attendemus, & si aliquid  
non necessarium videbitur, videndum  
tamē erit, quam sit magnū. Quod enim

per magni interest , pro necessario s̄apē *Lib. 18.*  
 habetur. Est apud Titum Liuium p̄e- *ab urbe*  
 clara P. Scipionis oratio in qua & posse *cond.*  
 Annibalem in Africa vinci demonstrat:  
 & ad dignitatem populi Romani , fa-  
 mémque apud reges, ḡtēsque externas  
 pertinere , non ad defendendam modò  
 Italiam, sed ad inferenda etiam Africæ  
 arma, videri Romanis, animum esse : &  
 in primis esse utile requiescere aliquā-  
 do diu vexatam Italiam , yri, populari-  
 que inuicem Africam.

*De his qui deliberant.*

## C A P : L I I .

**D**iuersi sunt deliberatiū animi: & *Quint.*  
*li. 3.c. 8.*  
 siue consultent plures, siue singuli  
 in vtrisque differentia est. Quia & in  
 pluribus multum interest, senatus sit, an  
 populus : Romani , Hispani, an Galli :  
 & in singulis, Cato, an Cicero: Cæsar,  
 an Pompeius deliberet. Proinde intuē-  
 da, sexus, dignitates , ætas, sed mores  
 p̄cipue discrimen dabunt. Duo enim  
 sunt hominum genera , alterum indo-  
 cūm , & agreste, quod antefert semper  
 vtilitatem, honestati: alterum expeditū,

74 D'E ARTE  
quod rebus omnibus dignitatem anteponit.

*De prima parte suadendi.*

C A P . L I I I .

Offic. I. **S**i honestatis pulchritudo cerni oculis posset, mirabiles sui amores excitarer. Sed quoniā genus hominū ad honestatē natum, malo cultu, vanisq; opinionibus corruptum est, diligēti cohortatione opus est. Et honesta quidē apud honestos suadere facillimum est, si verò apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuersam vitæ sectā, cauendum est. Et animus deliberatis non sola virtutis commendatione permouendus, sed laude, vulgi opinione, & secutura utilitate: aliquando verò magis obijciendo aliquos si diuersa fecerint, metus. Nā præter id, quod his leuissimi cuiusque animus facilimè terretur, necio an naturaliter apud plurimos plus valeat malorū timor, quam spes bonorum. Sola virtutis commendatione incendit militum animos Cato apud Lucanum, ad aggrediendum iter difficilimum & periculosissimum.

In par.  
21.  
Lib. 9.

O quibus una salus placuisse castra se-  
cuisse.

Indomita cervice mori, componere mentes  
Ad magnum virtutis opus, summosque la-  
bores.

Quam orationem pulchra illa claudit  
sententia.

---

Serpens, fuisse, ardor, arena,  
Dulcia virium. Gaudet patientia duris:  
Latius est, quoties magno sibi constat hone-  
stum.

Sæpe etiam cōtrouersia inter hominum  
sententias in illo est, utrum sit honestius  
Affirmant autem viri sapientissimi om-  
ne officium, quod ad cōiunctionē homi-  
num, & ad tuendam societatē vales an-  
teponēdum esse illi officio, quod cogni-  
tione & scientia cōtinetur. In ipsa autem  
cōmunitate sunt gradus, ex quibus, quid  
cuique præstet, intelligi potest, ut prima  
Deo Optimo Maximo, secunda patriæ,  
tertia parētibus: deinceps gradatim re-  
liqua reliquis debeantur. Ex quibus at-  
que similibus intelligimus, quomodo  
hanc suasionis partem quæ ad honesta-  
tem pertinet, tractare debeamus.

## CAP. LIV.

*Quint.**li. 3. c. 8.**Lib. 5.**Decad. 3.**2. de Ora.*

335.

**A**N sit autem facile, magnum, iucundum, sine periculo, ad quæstionem pertinet utilitatis. Suasor itaq; vel omnia hæc, vel eorum pleraq; inesse in eo, quod suadet, ostendet. Qui verò dissuadet, ille difficile, paruum, iniucundum, periculosum mōstrabit. Hoc modo Fabius Maximus apud T. Liuium, ne P. Scipio in Africam traijciat, contendit, cum Annibal hostis incolumi exercitu quartum decimum annum Italiam obsideat. Nam nunc quidem præterquam quod in Italia, & in Africa duos diuersos exercitus alere, ærarium non potest, præterquam quod vnde classes tueamur, vnde commeatibus præbēdis sufficiamus, nihil reliqui est: periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? Deinde grauiter & sapienter difficultates multas, & pericula commemorat quæ futura sint ni Consul vterque in Italia retineatur. Eodem modo propositis duobus utilibus, vtrum sit utilius cōtrouersia est. Cum autem species utilitatis cum honestate certat, qui utilitatē defēdet, cnumerabit cōmoda pacis, opū, po-

tētiæ, vestigium, præsidij militum, vtilitatemque cæterarum rerum, quarum frumentum vtilitate metimur, itemque incommoda contrariorum. Ex his locis Catilina apud Salustium ad nefarium facinus, quod ille maximū atque pulcherrimum vocat, cōjuratos hortatur. Vobis (inquit) Salust.  
domi est inopia, foris æs alienū, mala res de Cat.  
spes multo asperior, deniq: quid reliqui  
habemus præter miseram animā? Quin  
igitur expurgescimini? enī illa, quā sæpe  
optastis, libertas: præterea diuitiæ, de-  
cuss, gloria in oculis sita sunt. Curio si-  
militer apud Lucanum specie vtilitatis  
Iulium Cæsarē ad ciuile bellū hortatur.  
*Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris, Libr. I.*  
Pars quota terrarum: facili si pralia pauca  
Gesseris euenui, tibi Roma subegerit orbem.  
Qui ad dignitatem impellet, maiorum  
exempla, quæ erunt vel cum periculo  
gloriosa, colliget, posteritatis immortalē  
memoriam augebit, vtilitatem ex laude *1. de Orat.*  
nasci defendet, semp̄rque eam cum di-  
gnitate esse coniunctam. Hæc autem *Quint.*  
exercitatio defendendi speciem vtilitatis *lib. 38.*  
contra honestatem, in qua una vera est  
vtilitas, ad scholarum exercitationes vti-  
lis est: nam & iniquorum ratio noscen-  
da est, ut melius & qua tueamur.

*De Orat.*  
2. 333.

*Quint.*  
*lib. 3. c. 8.*

**M**Ultum etiam refert quæ sit persona dicentis: suadere enim aliquid, aut dissuadere, grauissima est persona. Nā & sapientis est consilium explicare suū de maximis rebus: & honesti & diserti, vt mente prouidere, auctoritate probare, oratione persuadere possit. Anteacta vita si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut dignitas affert expectationem, videndum est, ne ea quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant. At contraria summissorem quedam modum postulant. Nam quæ in alijs libertas est, in alijs licentia vocatur: & quibusdam sufficit auctoritas, quosdam ratio ipsa ægrè tuctur.

*Quædam in deliberatione obseruanda.*

### C A P. L V I.

*De Orat.*  
2. 337.

**A**d consilium de Repub. dandum, caput nosse Rempublicam; ad dicendum, verò probabiliter nosse mores ciuitatis, qui quia crebro mutantur genus quoque orationis est sepè mutandum. In Senatu minori apparatu di-

ecendū est , sapiens est consiliū, multiq;  
alijs dicendi reliquendus locus, vitanda  
etiam ingenij, ostētationisque suspicio.

Concio capit omnem vim orationis,  
& grauitatē , varietatemque desiderat ,  
maximāque pars orationis admouenda  
est ad animorum motus Hoc videre est  
in quibusdam Ciceronis orationibus  
contra M. Antonium in Senatu habitis,  
quę cūm sint elegantes & disertæ , nul-  
lum tamen apparatus habent At ora-  
tio pro lege Manilia, & orationes de le-  
ge Agraria , multò magnificenter ha-  
bent & ornatius genus dicendi.

Vis autem ad suadendum exemplo-  
rum est maxima , aut recentium , quo  
notiora sint, aut veterū, quo plus autho-  
ritatis habeat. Plerumque enim viden-  
tur respondere futura præteritis , habe-  
turque experimentum velut quoddam  
rationis testimoniū Suadet Fabius Ma-  
ximus in Senatu, ne P. Scipio Annibale  
in Italia relicto in Africā traijciat: Dies  
me deficiat ( inquit ) si Reges , Impera-  
torēsque temere in hostiū terras trans-  
gressos, cū maximis cladibus suis, exer-  
cituiūque suorum , enumerae velim.  
Deinde vetus affect Atheniensium exē-  
plum, qui clavis in Siciliam transmissa,

Arist. 2.

Rhet.e.

Quint.

lib. 3. ca-

s.

In Pars.

10.

Rēpublicam suam in perpetuum affixerunt. Et nouum M. Attilij, qui in ea ipsa Africa, annis ante quadraginta, in prælio vicit, & captus est.

Sequebatur, ut ea, quæ iudicijs æcommodata sunt, explicarentur: sed quia iudiciorum mutata ratio, ut ea præcepta parum sint necessaria efficit, & ex orationibus Ciceronis, & locis supradictis, tum etiam his, quæ de partibus orationis dicentur, facile cognosci possunt, sequitur ut de secunda parte Rhetoricae dicamus.



# DE ARTE RHETO.

## RICA, LIBER II.

*De Dispositione.*

### C A P. I.

**S**ecundus hic liber dispositionis præcepta continebit, quæ Oratori per utilia sūt, & maximè necessaria. **Quid enim** diligenter argumenta inuenisse cōferet, nisi pari diligentia quæ inuenta sunt, collocentur? Excellentis ducis virtus non magis in deligendo fortissimo quoque milite ad bellum, quam in instruendo ad pugnam & aciem cernitur: & si quam in corporibus nostris, aliorumve animalium partem permutes, atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen, & artus etiam leuiter loco moti, perdunt, quo viguerunt, usum: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Sic oratio carens hac virtute, tumultuetur necesse est, & sine rectore fluit, nec cohereat sibi; multa repetat: multa transfeat,

velut nocte in ignotis locis errans:  
nec initio, nec sine proposito, casum po-  
tius quam consiliū sequatur. Quapro-

**D e Inuen.** pter hic liber dispositioni seruiat. **E st**  
**I. In part.** autem dispositio rerum inuentarum in  
ordinem distributio. Cuius in infinita  
questione ordo est ferè idem, qui expo-  
situs est locorum. In definita autē adhi-  
benda sunt illa etiā quæ ad motus ani-  
morū pertinēt. Atque eò fit, ut vtamur,  
Exordio, Narratione, Confirmatione, Per  
oratione. Hæ sūt enim quatuor oratio-  
nis partes, per quas inuenta distribui-  
mus. Quarum duæ valent ad rem docē-  
dam, narratio, & confirmatio; ad impel-  
lendos animos duæ; principiū & perora-  
tio, de quibus sigillatim dicendum est.

**D e Exordio.****C A P. II.**

**Quint li.** **E**xordium est oratio animū oratoris  
4.c. 4. **I**d oncē comparans ad reliquam di-  
**Aristo.** 3. c. **E**tionē. Id fieri tribus maximē rebus in-  
**Rhet. c.** ter autores plurimos constat, si bene-  
14. uolū, attentū, docilem auditore feceri-  
**In Part.** mus: quorū primus locus, id est, ut amicē  
audiāmur, est in personis nostris, audito-  
rū, aduersariorū: è quib⁹ initia beneuo-  
lētiæ cōciliandæ cōparantur aut meritis  
nostris, aut dignitate, aut aliquo genere

virtutis & maximè liberalitatis, officij,  
 iustitiæ, fidei cōtrariisq; rebus in aduer-  
 sarios cōferēdis: & cū auditoribus aliqua  
 conianctionis, aut causa, aut spe signifi- Pro Cn.  
 canda. Cic. pro C. Rabirio perduellionis Rabiri.  
 reo. Me cum amicitiæ vetustas, cū digni-  
 tas hominis, tū ratio humanitatis, tum  
 meæ vitæ perpetua cōsuetudo, ad C. Ra-  
 biriū defēdendum est adhortata: tū verò,  
 ut id studiosissimè facerem, salus Reip.  
 Consulare officium: Consularus deniq;  
 ipse, mihi vna vobiscū, cum salute Reip.  
 commendatus coēgit. Hæc autem accu-  
 ratè in eo exordio & ornatè explicat. In Pro P.  
 oratione verò pro P. Sylla sic ait. Quam- Syl.  
 quam ex huius incōmodis magnā ani-  
 mo molestiam capio, tamen in ceteris  
 malis facilè patior, oblatum mihi tem-  
 pus, in quo boni viri lenitatē meā, misé-  
 ricordiāque notam omnibus quondam  
 nūc quasi intermissam agnoscerent: im-  
 probi, ac perditī ciues edomiti, atq; vi-  
 cti præcipitante Repub. vehementē me  
 fuisse atque fortem, conseruata mitē ac  
 misericordem faterētur. Et pro Cn. Plā- Pro Cn.  
 cio suam cum iudicibus coiunctionē si- Plansio.  
 gnificat his verbis. Nūc autē vester, iu-  
 dice, cōspectus & confessus iste reficit,  
 & recreat mentem meam, cūm intueor

& contempler vnumquemque yestrūm:  
video enim hoc in numero neminē, cai  
mea salus chara non fuerit, cuius nō ex-  
tet ia me suū meritum, cui non sim ob-  
strictus memoria beneficij sempiterna.  
Itaque non extimesco, ne Cn. Plācio cu-  
stodia meæ salutis apud eos qbsit, qui  
me ipsū maximè saluū videre voluerūt.  
At in oratione pro P. Quinctio vim ad-  
uersariorū, & gratiā, inuidiam vocat, &  
C. Aquilium, cōsque qui in consilio ade-  
rant, orat, atque obsecrat, vt multis inju-  
rijs iactatam atque agitatam æquitatem  
in eo tandem loco consistere, atque cō-  
firmari patientur. Intelligenter autē vt  
audiamus, & attentē, à rebus ipsis ordi-  
dum est : sed facillimè auditor discit, &  
quid agatur intelligit, si complectare ab  
initio genus, naturāmque causæ; si defi-  
nias, si diuidas; si neque prudentiam eius  
impedias cōfusione partium, nec memo-  
riam multitudine. Sic exorditur Cicero  
pro A. Cluentio: Animaduerti Iudices,  
omnem accusatoris orationem in duas  
diuisam esse partes. Quam distributionē  
ait certum sibi esse in defensione seruare,  
vt omnes intelligent nihil eum nec sub-  
terfugere voluisse reticēdo, nec obscura-  
te dicendo. Ut attentē autem audiamur,

*Pro P.*  
*Quinct.*

*Parlit.*

*Pro A.*  
*Cluent.*  
*Partit.*

trium rerum aliqua consequemur. Nā aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut cōiuncta cum ipsis, apud quos res agetur. Luculenter hunc locum Cicero tractauit in exordio nobilissimæ orationis pro domo sua : Quod si villo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio, ac potestate versata est, hæc profecto tata est, ut omnis Reipublicæ dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, socii, dij penates, bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa, creditaque esse videantur. Verum ex his quæ proposita sunt, aliud, atque aliud pro varietate causarum desiderari patet.

Quint.li.  
5. cap. 1.

*De generibus causarum.*

CAP. III.

**G**enera porto causarum, plurimi quinque fecerunt, honestum, humile, dubium vel anceps, admirabile, obscurum. Sunt quibus recte videatur adiici turpe, quod alij humili, alij admirabili subjiciunt. Admirabile autem vocant, quod est præter opinionem hominum constitutum. In ancipiti maximè benevolum iudicem, in obscuro docilem, in humili attentum parare debe-

Quin.li. 4  
cap. 1.

mus: nam honestum quidem ad conciliationem satis per se valet, in admirabili, & turpi remedij opus est: & ideo quidam exordium in duas dividunt partes, principium & insinuationem, ut sit in principijs recta benevolentia & attentionis postulatio, quæ quia esse in turpi causæ genere non possit, insinuatio surrepat animis maximè ubi frons causæ non satis honesta est, vel quia res sit improba, vel quia hominibus parum probetur.

Quint. Et quidem quibus aduersus hæc  
li. 4.c. 1. remedii sit medendum, consilium ex

Ad He- causis sumetur. Illud in uniuersum præ-  
ren.lib. 1. ceptum sit, ut ab eis quæ lèdunt ad ea  
quæ prosunt refugiamus. Si causa labo-

Cic. de rabimus, persona subueniet; si persona,  
Inuen. causa: his etiam de causis insinuatione  
vtendum est, si aduersarii oratio auditorum  
animos occupauerit, vel si dicendū  
apud fatigatos est: quorum alterum pro-  
mittendo nostras probationes, & aduer-  
sus eludendo vitabimus: alterum & spe  
breuitatis, & iis, quibus attentum fieri  
auditorem docuimus. Urbanitas etiam  
oportuna reficit animos, & unde cun-  
que petita auditoris voluptas leuat tæ-  
diūm.

*Cuiusmodi exordia esse debeant.*

C A P. IV.

**E**xordia semper cum accurata, & a-  
cuta, & instructa sententiis, apta ver- 2.3.5.  
bis; tum causarum propria esse debent.  
Prima est enim quasi cognitio, & com-  
mendatio oratoris in exordio, quae con-  
tinuo cum qui audit, permulcere atque  
allicere debet: maxima autem copia  
exordiorum ad auditorem alliciendum  
aut incitandum ex his trahitur, qui ad  
motus animorum conficiendos inerunt  
in causa: quos tamen totos in exordio  
explicati non oportebit, sed tantum  
impelli primò auditorem leniter, ut iam  
inclinato reliqua incumbat oratio.

*De vitiis Exordii,*

C A P. V.

**H**æc autem sunt vitia certissima ex-  
ordiorum, quæ summopere vitare De Inven-  
oportebit: vulgare, commune, commu- lib. I. ad  
tabile, longum, separatum, translatum, Her. I.  
contra præcepta. Vulgare est quod in  
plures causas potest accommodari, ut  
conuenire videatur. Commune est quod  
nihil minus in hanc, quam in contraria

partem causæ potest conuenire. Com-  
mutabile est, quod ab aduersario potest  
leuiter mutatum, ex cōtraria parte dici.  
Longum est, quod pluribus verbis, aut  
sententijs, vltra quam satis est, produ-  
citur. Oportet enim vt ædibus, ac tem-  
plis vestibula & aditus, sic causis pro-  
positione rerum principia præponere.  
Separatum est, quod non ex ipsa causa  
ductum est, nec sicut aliquod mem-  
brum annexum orationi. Translatum  
est, quod aliud conficit, quam causæ  
genus postulat: vt si quis docilem faciat  
auditorem, cum benevolentiam causa  
desideret: aut si principio vtatur, cum  
insinuationem res postulet. Cōtra præ-  
cepta est, quod nihil eorum efficit, quo-  
rum causa præcepta de exordijs tradū-  
rur, hoc est, quod eum, qui audit nec be-  
nevolum, nec attentum, nec docilem  
reddit; aut, quo profecto nihil peius est,  
vt contra sit, facit.

*De exordio quadam in genere iudiciali.*

CAP. VI.

*z. de Ora.*

*Quint.*

*lib. 4. c. 1.*

**D**ictum est de exordio in commu-  
ni, restat vt breuiter, si quid in fin-

gulis generibus in exordio proprium est, adiçciamus. Et vt à iudiciis incipiamus, veteres Oratores diligenter id curabāt, vt in genere iudiciali ex ipsis visceribus causæ sumerent exordia: iudicem conciliabant, non tantum laudando cū, sed laudem eius ad utilitatem causæ suę coniungentes, allegādo pro honestis dignitatē illæsam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiā, pro lēsis scueritatem, & similiter cetera: metum nonnunquā amouebant: vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeij cōtra se disposita putaret, laborauit: nonnunquā adhibebāt vt idem in Verrem facit: dabant etiam operam, ne ostentarent in principijs curam. Non semper autem exordio vrebantur: sed in honestis, in paruis etiam atque frequentibus causis, ab ipsa re, omisso exordio, incipiebant.  
*De exordio in exhortatione, & in deliberatione.*

## C A P. VII.

**P**Reterea, quę de exordio dicta in genus demonstratiuum facile trāsferri possunt, illud est notandum, exordia in eo esse maximè libera, vt Aristoteles existimat. Nā & longè à materia dīci, & ex aliqua rei vicina possūt. In delibera-  
 tione verò sāpē nulla, vel brevia esse

*Aetio. 2.**Aristo.**Rhet. lib.**3. cap. 14.**Quin. li.**4. c. 1 Cie**de Orat.**Rhet. ad**Ale. c. 31.**& Quin.**li. 1. c. 8.*

Non enim supplex, ut ad iudicem, venit  
Orator, sed hortator, atque author.  
Quare cum principio vtetur, proponere  
qua mente dicat, quid velit, quibus de  
rebus dicturus sit, debet: hortarique ad  
se breuiter dicentem audiendum.

*De narratione.*

## C A P. VIII.

*Quint.*  
*li. 4. cap. 2.*  
*In Part.*

*Quint. ll.*  
*4. cap. I.*  
*In Part.*

**N**arratio est rerum explicatio, &  
quædam quasi sedes ac fundamē-  
tum constituendæ fidei. Oportebit au-  
tem eam tres habere res, ut breuis, ut  
aperta, ut probabilis sit: per quas effici-  
tur, ut auditor intelligat, meminerit,  
cedat. Erit autem breuis narratio, si cō-  
stet simplicibus verbis, & semel vnaquę-  
que res dicatur: tum etiā si reciderimus  
omnia, quibus sublatis neque cognitio-  
ni quicquā, neque vtilitati detrahatur:  
non tamen inornata debet esse breuitas,  
alioqui sit indocta. Erit autē perspicua,  
si verbis vſitatis, si ordine tēporum con-  
seruat, si nō interrupto narrabitur. Pro-  
babilis autē erit, si personis, si tēporibus,  
si locis ea quæ narrabūtur consentiēt: si  
cuiusque facti & euēti causa ponetur: si  
testata dici videbuntur: si cum hominum  
opinione, authoritate: si cum lege, cum  
more, cum religione coniuncta: si prohibi-

tas narratis significabitur, si antiquitas, *In Part.*  
 si orationis veritas, & vita fides. Cicero- 31. & 1.  
 ni vsgemeter placet, vt iucunda, & sua- de Orat.  
 uis sit narratio, eamque suauē esse nar- 319. &  
 rationem ait, quæ habet admirationes, *Quin.li.*  
 expectationes, exitus inopinatos: quæ 4 cap. 2.  
 interpositos motus animorū, colloquia  
 personarum, dolores, iracundias, metus,  
 luctuas, cupiditates.

*Quande narratione vtendum sit.*

### C A P. IX.

**I**N iudiciis quando vtendum esset, aut non esset narratione, id erat consilii. Nec enim, si nota res esset, nec dubium erat quid gestū esset, narratio adhibebatur, nec si aduersarius narrauerat, nisi si refellebatur. In exortatione vero narratio nō erit vlla, quæ necessariò consequatur exordium: sed si quæ inciderit, *Aristo.* cùm aliquid eius, de quo loquemur, nobis narrandum sit cum laude vel virtute, *Rhet. 4.* præceptio narrādi de hoc loco petitur. Nec multum sanè s̄epe in de- *cap. 29.* liberatione narrandum est: est enim narratio præteritarum rerum aut præsentium; *Cic. in* sua fio autē futurarum. Priuata certè de- *Part.* liberatio narrationem nunquam exiget, *Quint. li.* eius duntaxat rei, de qua dicenda sen-

3. cap. 8

tentia est, qua nemo ignorat id, de quo consulit: extrinsecus possunt pertinen-  
tia ad deliberationem multa narrari: in  
concionibus sàpè est etiam illa, quæ  
ordinem rei docet, necessaria. Nunc ad  
confirmationem transeamus.

*De Confirmatione.*

C A P. X.

*de Ora.  
2. 333.*

**S**equitur confirmatio, in qua sugge-  
renda sunt firmamenta causæ con-  
iuncta, & infirmandis contrarijs, & no-  
stris confirmandis: náque vna in causis  
ratio quedam est eius orationis, quæ ad  
probandam argumentationem valet: ea  
autem & confirmationem, & reprehen-  
sionem quærit Sed quia nec reprehendi  
quæ contradicuntur possunt; nisi tua  
cōfirmes: neque hæc confirmari, nisi illa  
reprehendas: idcirco hæc natura, & tra-  
statione, & utilitate cōiuncta sunt. To-  
ta autē spes vincendi, ratioque persua-  
dendi in hac parte posita est. Nam cùm  
argumēta nostra exposuerimus, cōtra-  
riaque dissoluerimus, absolutè nimirū  
erit à nobis oratoris muneri satisfactū.  
**V**trūque igitur poterimus cōmodè fa-

cere, si constitutionem causæ cognouerimus.

*Quid sit status.*

C A P. XI.

**S**tatus est quæstio, que ex prima cau-  
sarum cōflictione nascitur, vt, si in-  
rentio accusatoris: Sylla coniurasti cum  
Catilina: depulsio verò defensoris: non  
coniuraui: ex hac prima conflictione na-  
scitur illa quæstio, coniuraueritne Sylla  
cum Catilina, quam quæstionem vel  
status, vel cōstitutionem Oratores ap-  
pellant. Status autem appellatio dicitur  
ducta vel ex eo, quod ibi sit primus cau-  
sus congressus, vel quod in eo causa  
consistat.

*Quint. li.*

*3.c.6.*

*Quint. li.*

*ibidem.*

*Quo sint status.*

C A P. XII.

**C**VM tria sint, quæ in omni disputa-  
tione queruntur, sit necne, quid sit,  
quale sit, sit ut constitutiones quoque  
tres sint. Prima coniecturalis, in qua sit,  
necne quærimus, vt, sit, necne infidia-  
tus Miloni Clodius? Secunda autem  
nominis vel definitionis, cū quid sit ali-  
quid, & quo nomine afficiendum inue-  
stigamus, vt, fueritne Cæsar Rex, ty-  
rannus, an dictator? Tertia, in qua de  
vtilitate, honestate, æquitate differuntur

*Cice. in*

*Top. & in*

*Part. 33.*

*Quint.*

*li. 3.c.6.*

déque his rebus, quæ his sunt contrarie, ut, Recte fecerit Romulus, cum fratrem interfecit? Eius constitutionis partes sunt duæ, quarum una absoluta, altera assumptua nominatur.

*Ad Her.*

*Li. I. Cic.*

*de Inu. I.*

*& Quins.*

*lib. 7. c. 4.*

Absoluta est, cum id ipsum quod factū est, ut aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicemus. Ea est eiusmodi: Pater filium verberauit, is iniuriarum cum patre agit; pater nihil aliud defendit, nisi licere filium à patre verberari. Assumptua est, cum aliquid necessariò foris assumitur, ut iure factum esse aliquid confirmemus: ut Milo damnetur, nisi foris assumat, à Clodio sibi esse factas insidias. Hæ tres constitutiones & in exornatione, & in deliberatione, & in iudicio reperiuntur.

*Deratione, firmamento, & indicacione.*

### C A P. XIII.

*Cice. in*  
*Parl. ad*  
*Herē. I.*  
*de Inu.*  
*lib. I. &*  
*Quint lib*  
*I. cap. II.*

**R**ationem appellant Oratores eam, quæ assertur à reo, depellendi criminis causa, quæ nisi esset, quod defēderet, non haberet: firmamentum autem, quod contrà, ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest. Ex rationis autem, & ex firmamenti confictione, & quasi concursum quæstio exoritur quædam, quam iu-

dicationē appellant, in qua, quid deve-  
niat in iudicium, & de quo disceptetur,  
quæri solet, hoc modo: Orestes cū cō-  
fiteatur se interfecisse matrem, nisi attu-  
lerit rationē peruerit defensionē, ergo  
affert eam. Illa enim, inquit, patrem meū  
occiderat. Tum contra rationē defen-  
sis, firmamentū ab accusatore subiicitur,  
hoc modo: Sed nō abste occidi tamen,  
neque indemnata pœnas pendere o-  
portuit. Ex coniunctione rationis & fir-  
mamenti iudicatio cōstituitur, hoc mo-  
do: Cum dicat Orestes se patris vlciscē-  
di causa matrem occidisse, rectūmū fu-  
erit à filio sinè iudicio Clytemnestram  
occidi. Ergo hac rationē iudicationem  
reperire conuenit, ad quam, omnem ra-  
tionem totius Orationis conferri opor-  
tebit. Nam primus status diffusam ha-  
bet quæstionem: rationum verò & fir-  
mamentorū contentio adducit in angu-  
stum disceptionem. Ea in conjectura  
nulla est: nemo enim eius, quod negat  
factum, rationem aut potest, aut debet,  
aut solet reddere. Itaque in his causis ea-  
dem & prima quæstio, & disceptatio est  
extrema.

*Quo statu questio, que in scripto existit,  
contineatur.*

## C A P. XIV.

*Quintil.*

*lib. 7.c. 4.*

*Cic. lib. 1.*

*de Inuēt.*

*ad Autor.*

*Herem.*

*lib. 1.*

*Quint.*

*li. 7.c. 9.*

**S**æpe ex scripti etiā interpretatione existit cōtentio, quod quatuor modis potest cōtingere. Aut enim defēditur non id scriptū dicere, quod aduersarius velit, sed aliud: id autem contingit, cum scriptū ambiguū est, ut duę differētessētentiae accipi possint: tū opponitur scripto volūtas scriptoriss; tum scripto scriptum contrariū assertur; aut ex eo quod scriptū est, aliud quoque quod scriptū nō est ducimus. Ita sunt quatuor genera quæ controuersiā in omni scripto facere possunt, ambiguum, discrepantia scripti, & voluntatis, scriptura cōtraria, ratiocinatio. Ambiguum hoc modo: Testamento quidam iussit poni statuā auream hastam tenentem: queritur, An statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta aurea in alterius statua materiæ. Ex discrepantia verò scripti & voluntatis eiusmodi oritur controuersia. Lex est, Peregrinus si murum ascenderit, capite puniatur; cùm hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit, petitur.

lit petitur ad supplicium, ille volitatem *Item lib. 7*  
allegat scriptoris. Ex cōtrarijs scripturis *cap. 8.*  
hoc modo existit contentio: lex est. Vir  
fortis optato præmium quod volet: &  
altera lex est: Magistratus ab arce ne di-  
scedito: Magistratus qui fortiter egit,  
optat hoc præmium, vt ab arce liceat  
discedere, lex illi posterior opponitur,  
ipse verò priore se tuetur.

In ratiocinatione verò quæritur, an *Idem lib.*  
vbi propria lex non est, simili sit vtrēndū *9. cap. 8.*  
vt lex est, lanas Tarento vehere nō li-  
ceat, quidā oves vexit, & si nulla lex cer-  
ta est, quæ factū eius nominatim prohi-  
beat, tamē illa quæ similis est accusatur.  
Itaque ex eo quod certum est, id quod  
incertum est dicit hæc controvērsia:  
quod quoniam ratiocinando fit, nomen  
etiam ratiocinationis accepit. Hæc qua-  
tuor controvērsiarū genera, quæ in scri-  
pto nascuntur, semper in qualitatis sta-  
tum cadere cum Cicerone debemus  
existimare, vt in primo genere discep-  
tetur, vtrum æquum sit ex differentibus  
sententijs accipi: in secundo verò, ver-  
bāne plus, an sententiae valere debeant:  
in tertio, vtram legem sequi sit iustius:  
in quarto, oportetne legem similem *de Orat.*  
ad factum quod venit sine lege in iudi- *2.*

*Quomodo status tractetur.*

## CAP. XV.

*De Orat.*

2.

**I**UDICATIO CUM EST CONSTITUTA, PROPOSITA ESSE DEBET ORATORI, QUÒ OMNES ARGUMENTATIONES REPERTÆ EX INUENIENDI LOCIS CÓNIANTUR: QUOD EST SATIS EI, QUI VIDET, QUID IN QUÓQUE LOCO LATEAT, QUIQUE ILLOS LOCOS TANQUAM THESAuros ALIQUOS ARGUMENTORUM, NOTATOS HABET. QUIBUS IN MÉTC & COGITATIONE DEFIXIS, & IN OMNI SE AD DICENDUM POSITA EXCITATIS, NIHIL ERIT QUOD IN VULLO DICENDI GENERE, ORATOREM POSSIT EFFUGERE: DILIGENTER TAMEN ORDINEM COLLOCATIONEMQUE ARGUMENTORUM ATTÉDET, & CURABIT, VT FIRMISSIMUM QUODQ; SIT PRIMUM, DUM EA, QUÆ EXCELLANT, SERUENTUR AD EXTREMUM: SI QUÆ ERÜT MEDIOCRIA (NAM VITIOSIS NUSQUAM ESSE OPORTET LOCUM) IN MEDIAM TURBAM CONIUCIANTUR. RELIQUUM NUNC EST, QUANDO DE ARGUMENTORUM LOCIS, & CAUSATUM CONSTITUTIONIBUS DICTÙ EST, VT RATIONEM, QUÆ EXPOLIUNTUR AB ORATORE ARGUMEN- TA, QUORUM PROPRIA SEDES EST IN CONFIR- MATIONE, ACCURATÈ DOCEAMUS.

*De Argumentatione.*

## C A P. X V I.

**A**rgumentatio est argumēti vel explicatio, vel artificiosa expositio: Sed ea cōficitur cùm ex locis, de quibus superiori libro dictum est, aut certa, aut probabilia sumperferis, ex quibus id efficas, quod aut dubiū, aut minus probabile per se videtur: dubiis enim probari dubia quomodo possunt? Pro certis autē habemus primū quæ sensibus percipiuntur, ut quæ videmus, audimus: deinde ea, quæ communi hominum opinione, atq; sententia sunt cōprobata, ut afficiendos esse honore parētes. Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione, si non omnium hominum eius certè ciuitatis, aut gentis, in qua res agitur, in mores accepta sunt: si quid inter utrāq; partē conuenit: si quid probatum est, denique, cuicunque aduersarius non contradicit. Probabilium autem genera sunt tria, vnū firmissimum, quod ferè accidit, ut liberos à parentibus amari: alterum vellut propensius, cum, qui recte valeat in crastinum peruenturum. Tertium tantum non repugnans, in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. Ad proban-

Cicero in  
Part 45.  
Eic.lib. x.  
de Inven.

44.  
Quint. li.  
5. cap. 3.  
Ibidem li.  
5. cap. 10.



dum verò id quod est dubium, hoc modo: id quod probabile est, potest adhiberi: si dubiū, an Catilina cōiurarit, sumatur illud quod credibile est. Homines æris alieni magnitudine oppressos, eos denique egentes, & sumptuosos facile adduci ut coniurent, iam id quod dubium erat, efficitur probabile, Catilinam coniurasse. Sed hæc Oratores nō tenuiter more Dialecticorum, sed copiosissimè expoliunt: Dicitur autem illa argumenti expositio, argumentatio, de cuius quatuor partibus, ratiocinatione, inductione, enthymemate, & exemplo breuiter & enucleatè disserimus.

*De Ratiocinatione.*

C A P. XVII.

**R**atiocinatio, quā & syllogismum, & epicherema Græci vocāt, cōstat propositione, cum qua eius ratio iungitur, deinde assumptione, & eius probatio est, postremò complexione. Propositione per quam breuiter locus is exposuitur, ex quo omnis vis ratiocinationis lib. I. emanet oportet. Propositionis vero apud Quint. lib. probatio est per quam breuiter id quod expositum est rationibus firmatum Heren. probabilitius, & apertius fit. Assumptio lib. I.



per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis approbatio, per quam id quod breuiter sumptum est rationibus firmatur. Complexio per quam id quod cōficitur ex omni argumentatione breuiter exponitur. Hoc modo fit proposi-  
tio, Melius gubernantur ea quæ cōsilio geruntur, quā quę sine cōfilio admini-  
strātur: deinde subjiciatur ratio. Exerci-  
tus enim is, cui præpositus est sapiens  
imperator, omnibus partibus cōmodius  
regitur, quā m̄is qui stultitia & temeri-  
tate alicuius administratur. Assumptio  
deinde ponitur. Nihil autem omnium  
rerum melius, quām omnis mūdus ad-  
ministratur. Assumptionis probatio ad-  
iūgitur. Nā & signorum obitus, & ortus  
definitum quemdam ordinem seruat, &  
annuæ commutationes non modo sem-  
per eodem modo fiunt, verū ad vtilita-  
tes quoque rerum omnium sunt accō-  
modatæ. Tertio loco inducenda est cō-  
plexio, quæ id infert quod ex superiori-  
bus partibus cogitur, hoc modo, Con-  
silio igitur mundus administratur. Hæc  
vberius & doctiūs dicuntur in oratione,  
sed præcipiendi ratio, hanc simplicem &  
apertam breuitatem requirit.

I. De In-  
uent.

*Quot sint partes ratiocinationis.*

### CAP. XVIII.

*Cic. lib. i. de Inuent. 57.* **E**X supradictis manifestum est, nihil referre siue tripartitam, siue quinquepartitam putas esse hanc argumentationem. Commodior tamē illa partitio videtur esse, quæ in tres partes distributa est, quod sit, si propositionem & eius rationem unā partem existimemus: alterā verò assumptionem, & eius exornationē: at si separe propositionē à ratione, & assumptionem ab exornatione, in quinq; partes distributa erit. Cū proposītio ex se intelligitur, sine ratione assumenda est. Assumptio etiam cūm perspicua est, nullius approbationis indiget. Quod si & proposītio, & assumptio perspicuae sint, vtraque approbatione præterita, ratiocinationem conficiemus, hoc modo: Summopere virtus expetēda est: At prudentiam esse virtutem in confessō est: Summopere igitur prudentia expetenda est. Vitare autem similitudinem, quæ satietatis est mater, posterimus: non semper à propositione ordientes, sed interdum à comple-

*Quin. lib. 5. cap. 14.*

*Cicer. de Inuent. lib. i.*

*Cicer. in Part. lib. 1. de Inuent. 66.*

xione ab assumptione nonnunquam.

*De Enthymemate.*

C A P. XIX.

**E**nthytema est imperfectus syllogismus, vel ut alii definunt, syllogismi pars. Ratiocinatio enim tripartita est, ex tribus igitur eius partibus si una preteratur, bipartita sit argumentatio, quae est Enthymema: ut, omnes artes sunt expetenda, igitur expetenda est eloquétia. Intelligitur enim assūptio. Propositione vero præterita fit Enthymema, hoc modo: Eloquétia est ars: igitur est experēda. Optimum autem videtur Enthymema, quod fit ex pugnantibus, quod etiam solum Enthymema quidam vocant, non quod non omnis argumētatio bipartita, proprio nomine Enthymema dicatur, sed ut Homerus propter excellentiā cōmune Poëtarum nomen effecit apud Græcos suum, sic cūm omnis argumentatio bipartita, Enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur acutissima, sola propriè nomen cōmune possidet. Eius generis est illud Cic. Eius igitur mortis sedetis vñtores, cuius vitā si putetis per vos restituī posse, nolitis. Et illud Miciplæ ad Iugurtham apud Salustium. Quem alienum fidum post

*Quin. lib.*

*s.c. 10.*

*14.*

*Quin. lib.*

*s.c. 5.*

*Cicer. in Top.*

inuenies, si tui hostis fueris? Enthymemate s̄epius vtuntur Oratores, quā ratiocinatione: quod mouit Aristotelem, ut Enthymema syllogismum oratoriū esse diceret, Enthymema, Quintilianus commentum, aut commentarym interpretatione lib. 1. c. 1. & lib. I. post. c. I. lib. 1. c. 1. interpretatur, quo nomine, cum possint omnes animi cogitationes significari, argumentatio bipartita signatur. Alij propterea credunt bipartitam argumētationem Enthymema appellatā quod in animo maneat condita illa pars, quæ silentio est præterita.

*De Inductione.*

## C A P. XX.

**I**nductio est oratio, quæ rebus nō dubijs captat assēptionē auditorum: quibus assensionibus facit, ut illis dubia quædam res, propter similitudinē earū rerum quibus assenserint, probetur: vel, Inductio est argumētatio, quæ ex plurib⁹ collationibus peruenit quò vult, hoc modo: Quod pomū generosissimū puto quod optimū: & equus qui velocissimus, & plura in eundē modum. Deinde cuius rei gratia illā proposita sūt. Ita hominū non qui claritate nascēdi, sed qui virtute maximè excehet, erit generosissimus, Hoc genere argumentationis plurimū,

*Aris. lib. I.**in 1. c. 1.**& lib. I.**post. c. I.**lib. 1. c. 1.**Quint. li.**I. c. II.**Cicer. in Topic.*

Socrates usus est, propterea quod nihil  
afferre ad persuadendum volebat, sed ex  
eo quod sibi ille dederat, qui cum dispu-  
tabat aliquid confidere malebat, quod  
ille ex eo quod iam concessisset, neces-  
sarium approbare debebat. Sed in oratio-  
ne perpetua dissimile est. Etenim sibi  
ipse responderet Orator, Poëtæ vehemen- *Arist. 11.*  
ter inductione delectantur: sed maxi- *Met. c. 4.*  
mè omnium eam frequentauit Ouidius *Cicero de*  
apud quem & multa, & præclara sunt *inuent. I.*  
exempla, nos vero erimus contenti. Probat  
ille ad consolandam uxorem hac indu-  
ctione, asperas res & tristes segetem, ac  
materiam esse gloriae.

*Materiamq; tuos tristis virtutibus imple,*  
*Ardua per præcep's gloria vadit iter.*

*Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiffe?*

*Publica virtus per mala facta via eſt* *Trist. 4.*  
*Ars tua Thify iacet, ſi non ſit in aquore* *Eleg. 3.*  
*fluctus:*

*Si valeant homines, ars tua Phœbe iacet,*  
*Qua latet, inque bonis ceſſat non cognita*  
*rebus,*

*Apparet virtus, arguiturque malus.*

Hoc in genere duo sunt diligenter cauē-  
da, primū, ut illud quod inducemus pro  
ſimilitudine, eiusmodi sit, ut ſit necesse  
concedi: deinde ut illud cuius confir-

mandi causa fiet inductio , simile ijs rebus sit , quas res quasi non dubias antē induxerimus . *De Exemplo.*

## C A P . X X I .

*Aristotel.* **E**xemplum, est inductio imperfecta,  
*Rhe. 1.ca.* vel; quod idē est , Inductio Rheto-  
*2. & lib.* rica. Cicero pro Milone: Negant intueri  
*2. cap. 20.* lucem esse fas ei, qui à se hominem esse  
*Quin. lib.* occisum fateatur: in qua tandem virbe hoc  
*5. cap. 18.* homines stultissimi disputant? nempe in  
*ca* , quæ primū iudicium de capite vedit  
*M.* Horatij fortissimi viri, qui nondum  
libera ciuitate, tamē populi Romani co-  
mitiis liberatus est, cum sua manu soro-  
rem esse imperfectam fateretur. Aliqui  
*Locus su.* Aristotelem summum in omni scientia  
*prædictis* virum , temerè ausi sunt reprehendere,  
*& lib. 2.* quòd exemplum genus argumētationis  
*Prier. cap.* fecerit: sed magnus ille vir, & acuta mēte  
*24. & li.* prædictus, maius quiddā perspexit: nimi-  
*1. Post. c.* rum exēplum esse argumentum quidem  
*1.* à similitudine , sed in argumentatione  
positum, efficere nouū argumentationis  
genus, quod à ratiocinatione , & induc-  
tione sine controversia differt, Enthy-  
memata autem esse non potest, cū in En-  
thymemate sēper generale aliquid , vel  
ponatur, vel intelligatur: in exēplo verò  
ex una re singulari alia inducatur. Vnde

fit, ut sit quartum argumentationis genus, quod ea ratione ab inductione separatur, qua Enthymēta à syllogismo disiungitur.

*De Epicheremate.*

CAP. XXII.

**Q**uamvis argumentationis partes omnes sint iam expositæ, tamen opere pretium fuerit, quid Epicherema, quid Sorites, quid Dilēma sit, explicare: nam authores, & quidem grauissimi eorum mentionē fecerunt. Ea vbi explicata fuerint, facilè intelligetur, cur nouæ argumentationis partes non debent existimari. Epicherema igitur Græci aliquando argumentationem vocant, non nunquam eam argumentationis partē, quam Cicero ratiocinationem appellavit, de qua paulò antè dictum est. Aliquando etiam Epicherema vocat breuiter comprehensam ratiocinationem, cuius omnes partes in unam conferuntur, hoc modo: Sine causa Dominum seruus accuset? Similis enim est locus apud Ciceronem pro rege Deiotaro, quem seruus apud Cæsarem accusabat. En crimē, en causa, cur regē fugitiūs, dominum seruus accuset? vbi vehemēs argu-

Quin lib.  
s. cap. 14.

Pro Rege  
Deiotaro.

mentum Epicheremate inclusum & insuolatum est. Erit autē absoluta rationeūnatio si hoc modo euolueris: sine causa non debet dominum seruus accusare: hic medicus est seruus Deiotari, non igitur debet sine causa dominum accusare.

*De Sorite.*

## C A P . X X I I .

*Sorites.* **S**orites contrā multas argumētationes aceruatim conuoluit, atque complectitur, vnde nomē etiā inuenit. Cic. scripsit de eo in libris de diuinatione his verbis: Si necesse sit inquit, Latino verbo liceat acerualē appellare, sed nihil opus est, vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorū: sic Sorites satis Latino sermone tritus est. Pulchrum imprimis est eius exemplum apud eundē Ciceronem. Atq; si etiā hoc natura præscribit vt homo homini, quicumque sit, ob ea ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse cōmunem. Quod si ita est, vna cōtinemur omnes, & eadem lege naturæ, idque ipsum si ita est, certè violare alterū lege naturæ prohibemur: verum autem primum, verum igitur & extremum, Sed

Lib. 2.  
Offic.

apertissimè concludit **Sorites** ille, qui  
est in quinta Tusculanarū: propositum  
enim erat probare, Quod esset honestū  
id solum esse bonum: id autem sic pro-  
bat. Etenim quicquid sit quod bonum  
sit, id expetendum, quod autem expetē-  
dum, id certè approbandum, quod verò  
approbandum, id gratum, acceptūmque  
habēdum. Ergo etiā dignitas ei tribuē-  
da est. Bonum igitur omne laudabile, ex  
quo efficitur, ut quod sit honestū, id sit  
solum bonum: In quo **Sorite**, cū per sex  
quasi gradus ad complexionem perue-  
niatur, quinque ratiocinationes inclusæ  
sunt. Sed hoc argumentandi genus sæpè  
solet esse fallax, atque captiosum: dum  
enim minutatim, & gradatim multa ad-  
duntur, periculosissima respondentī tela  
texitur, retexere igitur oportet, & seorsum  
singula considerare: sic facilius vni-  
uersa frangentur. In hoc disputandi ge-  
nere frequentes fuerunt Stoici & Zeno,  
qui eorum inuentor & princeps fuit: sed  
maximè omnium illo delectatus dicitur  
**Chrysippus**, ut **Socrates** inductione.

*De Dilemmate.*

### C A P. X X I V.

**D**ilemma est in quo vtrum conce-  
feris reprehenditur. **Cicer.** patriam

*In 5. Tus.*

*Cicero.*  
*Acad.*

*Persius*  
*Sat. 5.*

*Cicero de cū Catilina sic agentem inducit: Quam-  
Inuen. de ob rem discede, atque hunc mihi timore  
Orat. l. eripe: si verus, ne opprimat: si falsus, ut  
tandem aliquādo timere desinam.* Et in  
Epistola ad Quintum fratrem: Si impla-  
cables sunt iracundia, summa est acer-  
bitas: si autem exorabiles, summa leni-  
tas. Dictum est autem dilema, quod ita  
utrinq; premat, ac urget, ut ex alterutra  
parte capiat aduersarium: qua de causa  
cornutus etiam syllogismus vocatur: sic  
enim argumentationis cornua in eo  
disponuntur, ut qui alterum effugerit, in  
alterum incurrit. Cicero complexione  
appellat. Ea si vera est, nunquam repre-  
hendetur: si falsa, duobus modis dilue-  
tur, aut conuersione, aut alterius partis  
confirmatione. Cum viderem, inquit Var-

*In Acad. lib. 2.* ro apud Ciceronem, philosophiam Grē-  
cis literis diligentissimè explicatā, exi-  
stimaui, si qui de nostris eius studio te-  
nerentur, si essent Grēcis-literis eruditī,  
Grēca potiūs, quā nostra lecturos: si nō  
Grēcorum artibus & disciplinis abhor-  
terent, ne hæc quidē curaturos, quas sine  
eruditione Grēca intelligi non possunt:  
*Gel. lib. 5. cap. 10.* itaq; ea scribere nolui, quæ nec indocti  
intelligere possent, nec docti intelligere  
curarent. Hoc dilemma dcinde Cicer. in

cum conuerit hoc modo : Imò verò & Latina legent, qui Græca nō potuerūt; & qui Græca poterunt, nō cōtemnent sua. Veterum scriptis celebrata est cōuersio ea, qua Euathlus discipulus Protagoræ præceptoris dilemma elusit. Alterius partis confirmatione reprehendetur, si dicceret Cicero: Et si doctis minus esset necessarium, tamen indoctis Latinè scribendo consuli debere. Non est autem cur quisquam existimet eomplexionem genus esse argumentationis à quatuor illis, de quibus suprà dixi, diuersum. Est enim ratiocinatio imperfecta, quæ à duabus partibus contrariis ducitur, cui si assumptionem subiunxeris, efficies ratiocinationem perfectā, hoc modo : Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas : sin autem exorabiles, summa lenitas: sed vel implacabiles sunt iracundiæ, vel exorabiles: igitur in illis summa est acerbitas, vel summa lenitas.

## De configuratione. C A P. XXV.

**E**xpositis generibus argumentationum, reliquum est, ut rationē, qua refutandæ, ac reprehendendæ illæ sunt, ostendamus. Refutatio dupliciter accipi potest: Nam & pars defensoris tota est posita in refutatione, & quæ dicta sūt ab

Quin. lib.  
5 cap. 13.  
Cic. 2. 46  
Orat.

aduersario debent utrumque dissolui, & hæc est propriè reprehensio: quām cum cōfirmatione, v̄su & natura, & tractatio-  
ne coniunctam esse diximus. Est autem

*De lnuē t.* reprehensio, per quam argumentando  
*lib 1.* aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. Hæc fonte in-  
uentionis eodem utetur, quo utitur cō-  
firmatio, propterea quod quibus ex locis  
aliqua res confirmari potest, ijsdem po-  
test ex locis infirmari. Quare inuentio-  
*Quint. li.* nem & argumentationum expolitionē  
*9. cap. 3.* sumptā ex illis, quæ antè p̄cepta sunt  
hanc quoque in partem orationis trans-  
ferti oportebit. Sed ut facilius ea quæ

*Cicero in* contradicuntur, diluere aut infirmare  
*Orat. pro* possimus, obseruare debemus, aut totū  
*Cluent.* esse negandum, quod in argumētatione  
aduersarius sumpserit, si perspicuè falsū  
erit, ut p̄d Cluentio Cicero eum, quem  
dixerat accusator epoto poculo conci-  
disse, negat eodem die mortuum: aut re-  
darguēda esse ea quæ pro verisimilibus  
sumpta sunt Primum dubia sumpta esse

*Quintil. pro certis,* deinde etiam in perspicuè  
*lib 5. c. 14.* falsis eadem posse dici.

Tū ex his quæ sumpserint non effici  
quæ velint: accedere autem oportet ad  
singula, sic vniuersa facilius frangentur.

Quo

*Quomodo sint argumentationes oratoria  
tractanda.*

## C A P. XXVI.

**I**N oratione insunt aliquādo & ratio-  
cinationes breuiter cōclusæ, & aper-  
ta enthyememata & inductiones atque  
exépla, subtili quadam & breui oratio-  
ne comprehensa. Quod ut reprehenden-  
dum non est, ita diligentissimè est curā-  
dum, ne syllogismorum & enthyemema-  
tū turba conferta oratio sit: Dialecticis  
enim disputationibus, quām oratorijs  
actionibus erit propior ac similior, quod  
lōgē aliter esse debet. Locuples enim, &  
speciosa vult esse eloquentia: quorū ni-  
hil consequetur, si cōclusionibus certis,  
& crebris & in vnā propē formā caden-  
tibūs concisa: & contemptū ex humili-  
tate & odium ex quadam seruitute, & ex  
copia satietatē, & ex amplitudine fasti-  
dium tulerit. Feratur igitur nō semitis,  
sed cāpis: non vti fontes angusti fistulis  
colliguntur, sed vt latissimi amnes totis  
vallibus fluat: ac sibi viam, si quando nō  
acceperit, faciat. Adhibetur in argumē-  
tando varietas, & iucunda quædam di-  
stinctio: figuris verborum, & ornamētis  
sententiarum argumētatio expediatur.  
Quò fuerit enim yberior, ac suauior: cō

*Quin.lib.  
5.cap.14.*

*Cicero in  
Part.*

De Peroratione.

CAP. XXVII.

*Cicero in Part. 12.* **E**xrema pars orationis est perora-  
tio, quæ diuisa est in duas partes,  
*Quin. lib. 6 cap. 2.* amplificationē & enumerationē. Augen-  
di autē & hic est proprius locus in per-  
orando, & in ipso cursu orationis decli-  
nationes ad amplificādū dantur, confir-  
mata re aliqua, aut reprehensa. Omnes  
habere, in quibus sanè sunt frequentissimi, tamen aliæ quoq; partes recipiunt, sed breuiores, ut cùm ex his plurima sint  
referuanda. At hic, si usquā totos elo-  
quentiæ aperte fontes licet: hic deniq;  
efficiendum est oratori, ut nō modò au-  
ditores, qui sua sponte se dant, & quæ  
impellit ipse, inclinent atq; propendent  
penitus incitentur, sed ut quietos etiam  
& lāguentes possit vi orationis permo-  
uere. In quo etsi plus est operis, tantam  
vīm habet tamen illa, quæ rectè à bono  
Poëta dicta est Flexanima, atque om-  
nium regina rerum oratio, ut nō modò

inclinantem eligere , aut stantem inclinare , sed etiam aduersantem , & repugnarem, ut imperator bonus ac fortis , capere possit. Quod usque eò magnum est, atq; præclarum, usque eò admirabile, ut in eo penè sint omnia. Ad id autem consequendum, quæ superiore libro de amplificatione dicta sunt, valdè conducent : sed illud caput est, in quo optimi & grauissimi authores una voce consentiant, ut omnes animi motus, quos Orator adhibere volet auditoribus , in ipso Oratore impressi sint, atq; inuisti. Neque enim facile est perficere ut incitentur Cice. 2. de alii. nisi is, qui dicit, iis ipsis sensibus, ad Orat. quos illos adducere vult, permoueatur. Horat. in Ut enim nulla materies tam facilis ad arte Poe. exardescendum est, quæ nisi admoto 2. de Ora. igni, ignem concipere possit : sic nulla 190. meas est tam ad comprehendendam Quin. lib. vim Oratoris parata, quæ possit incendi, 6. cap. 1. nisi inflammatus ipse ad eam, & ardens accesserit. Primum est igitur , ut apud cum , qui dicit, valeant ea, quæ valere apud auditores volet : afficiatúrq; priùs quam afficere conetur. Nihil autem opus est simulatione, & fallaciis , ut roties omni animi motu concitetur Orator. Ipsa enim natura orationis

eius, quæ suscipitur ad aliorum animos permouendos, oratorem ipsum magis etiam, quam quemquam eorum qui audiunt permouet. Mirum etiam vim habet in hoc ipso imagines rerum absentium ita complecti animo, ut eas cerne re oculis, ac presentes habete videamur, has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus. Hæc, quæ dicta sunt, vera esse indicant multæ Ciceronis perorationes: ut pro Milone, vbi

*Pro Milo.* ait: Sed finis sit, neque enim præ lacrymis iam loqui possum, & hic se lacrymis defendi vetat. Et pro C. Rabirio

*pro Rab.* Posthumo: Sed iam quoniam, ut spero, *Posth. mo.* fidem quam potui, tibi præstisti, Posthume, reddam etiam lacrymas, quas debeo. Et paulò post: iam indicat tot hominum heterus, quam sis carus tuis, & me dolor debilitat, includitque vocē. Alijs

*Cicero in Part.* autem affectibus, aliæ eiusdem perorationes sunt plenæ. Enumeratio autem nonnunquam laudatori, sua sori non sè pè, accusatori sèpius, quam reo est necessaria: huius tempora duo sunt, si aut memoriarum diffidas eorum, apud quos agas, vel interiualllo temporis, vel longitudine orationis: vel si frequentatis firmamentis vim est habitura causa ma-

iorem. Quæ autem reperimus, quām breuissimè dicenda sunt, & quod Græco verbo patet, decurrentum per capita: nam si morabitur, non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quæ autem enumeranda erunt, cum pondere aliquo dicenda sunt, & aptis excitanda sententijs, & figuris utique varianda; alioquin nihil est odiosius recta illa repetitione, velut memoriæ auditorum diffidentis. Est etiam in enumeratione vitandum, ne ostensio memoriæ suspecta, videatur esse puerilis.



# DE ARTE RHETORICA, LIBER III.

*De Elocutione.*

## C A P V T I.



Roximolibroratio in-  
uēta collocādi atq; dis-  
ponendi explicata est.  
Hic iā elocutionis ra-  
tionem tractabimus, in  
qua Oratorem excelle-  
re, cætera in eo latere, indicat nomē ip-  
sum. Non enim inuentor, aut cōpositor,  
aut actor hæc cōplexus est omnia; sed  
& Græcè ab eloquendo Rhetor, & Latini-  
nè eloquens dictus est. Ceterarum enim  
rerum, quæ sunt in Oratore, partem ali-  
quam sibi quisque vendicat: dicendi au-  
tem, id est eloquendi, maxima vis huic  
soli conceditur.

Cic. Ora.  
1.6.

Quin. lib.  
8. in proœ-  
mio.

Eloqui autem est, omnia quæ mente  
conceperis promere, atque ad audientes  
professe. Sine quo superuacua sūt prio-  
ra, & similia gladio condito, atq; intrà  
vaginam hærenti. Hoc itaque maximè

docetur; hoc nullus nisi arte assequi potest, hūc studium adhibendū: hoc exercitatio petit, hoc imitatio: hic omnis ætas consumitur: hoc maximè Orator Oratore præstantior. Ideoq; M. T. inventionem quidem, ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam Oratoris. Eum autem eloquentem, id est, in eloquendo excellentem, qui ita dicit ut probet, ut delectet, ut flectat. Sed probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere verò victoriæ. Hæc cùm ita sint, meritò tertius hic liber, qui elocutionis præcepta continet, ut duobus superioribus utilior est, sic etiam erit aliquantò longior.

*Qua in elocutione spectanda sint.*

C A P. II.

**H**Æc in elocutione spectanda sunt, *de Orat.* ut Latinè, ut planè, ut ornatè ut ad id quodcūq; agetur, aptè congruentérq; dicamus. De ratione puri, dilucidique sermonis, & si permagni eam facere debemus, cum verborum delectus origo sit eloquentiæ locus hic præcipiendi nō est. Nam acquiritur literis, doctrinâque *Cesar,* puerili, & consuetudine sermonis quo- *aut Cic* tidiani: & lectione veterum oratorum, *in Br. de* & Postarum confirmatur. Reliquas *Orat.*

110 DE ARTE  
igitur duas partes, quibus omnis admiratio ingenij, omnis laus eloquentiae continetur, explicemus: quæ duæ partes illustrandæ orationis, ac totius eloquentiae cumulandæ (quarum altera dici postulat ornatè, altera aptè) hæc habent vim, ut sit quā maximè iucunda, quā maximè in sensus eorum, qui audiunt, influat, & quā plurimis sit rebus instructa.

*De Ornatu.*

C A P. III.

3. de O-  
rat. 67. **O**Rnatur igitur oratio genere pri-  
mūm, & quasi colore quodam &  
succo suo, nam vt grauis, vt suavis, vt  
erudita sit, vt liberalis, vt admirabilis, vt  
polita, vt sensus, vt dolores habeat quā-  
tum opus sit, non est singulorum articu-  
lorum: in toto spectantur hæc corpore.  
Genus igitur dicendi est eligendū, quod  
maximè teneat eos qui audiunt, & quod  
non solum delectet, sed etiam sine satie-  
tate delectet. Sed volenti ornatè dicere,  
diligentissimè sylua rerum primūm, sen-  
tentiarūmque comparanda est. Rerum  
enim copia, verborum copiam gignit: &  
si honestas in rebus ipsis, de quibus di-  
citur, existit ex rei natura quidam splen-  
dor in verbis, facilèque suppeditat om-  
nis apparatus, ornatusque dicendi.

*De Ornato orationis.*

## C A P. IV.

**O**Mnis oratio conficitur ex verbis, Cic. 2. de quorum primū nobis ratio sim- *Orat. in* pliciter videnda est, deinde coniuncte. Part. 6. Nam est quidam ornatus orationis, qui Quint. li. ex singulis verbis est: alius, qui ex conti- 8. cap. 3. nuatis coniunctisque constat. Ergo vte- mur verbis, aut ijs quæ propria sunt, & certè quasi vocabula rerum, penè vnā nata cū rebus ipsis aut ijs quæ nouamus & facimus ipsis.

*De Verbis simplicibus.*

## C A P. V.

**V**Erba simplicia natura sūt, alia cō- 3. de Ora. sonantiora, grandiora, leuiora, & in Par. 17 quodāmodo nitidiora; alia contrā. Con- Quint. sonantiora enim sunt, quāquām modera- li. 3. c. 8. tio, & cōcertere; quām, etī modestia, & cō- fligere. Grandiora, immanū, contrucidare, optimus, officiosissimus, quām hæc, magnus necare, bonus, officiosus. Nitidius etiam, bos quā vacca, ut syllabę autē è literis melius sonātibus clariores sūt, ita verba à syllab-

bis magis vocalia : & quo plus quæque spiritus habet, eò pulchrior : & quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se copulatio, vt aliud alij iunctum melius sonet. In vniuersum quidem optima simplicium creduntur, quæ aut maximè exclamant, aut sono sunt iucundissima. Et honesta quidem turpibus potiora semper, nec sordidis vñquam in oratione erudita locus. Clara vero, ac sublimia materiæ modo cernenda sunt.

Cicer. 6.  
Quintil.  
Aristoteli.  
Rhet. l. 3.  
cap. 7.

Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi: & quæ humilia circa res magnas, apta circa res minores videntur: & sicut in oratione nitida, notabile est humilius verbum, & velut macula: ita à sermone tenui, sublime, nitidumque discordat; fitque corruptum, quia in plano tumet; sed hæc ferè aurium quodam iudicio sunt ponderanda, in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. Sed quoniam tria sunt in verbo simpliei, quæ Orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut nouatum, aut translatum, de singulis breuiter dicamus.

*De verbis inusitatis.*

## C A P. VI.

**I**NUSITATA sunt prisca ferè ac vetusta, 3. de Ora.  
 & ab vsu quotidiani sermonis iā diu 131.  
 intermissa, quæ sunt Poëtarum licentia Quin. lib.  
 liberiora, quam Oratorum, eoque or- 8. cap. 3.  
 namento acerrimi iudicij P. Virgilius Æneid. I.  
 vnicè est vsus. *Olli* enim, & *quinā* & *ponē*, & 2.  
 pellucent, & similia aspergunt illā (quæ  
 etiā in picturis est gratissima) vetustatis  
 imitabilem arti autoritatem. Habet  
 etiam in oratione Poëticum aliquod  
 verbum dignitatem, si raro etiam, & in  
 loco adhibetur. Neq; enim est, cur il-  
 lud quisquam fugiat dicere, ut Cœlius,  
*sobolā*, aut *ffari*, aut *nūcupari*, & alia mal-  
 ta: quibus loco positis grandior atque  
 antiquior oratio sœpè videri solet.

*De verbis nouis.*

## C A P. VII.

**N**OANTUR autem verba, quæ ab eo, 3. de Ora.  
 qui dicit, ipso gignuntur, ac fiunt, 152.  
 similitudine, aut imitatione, aut infle- Ad Att.  
 zione, aut adiunctione verborum. Simi- Cicer. 9.  
 litudine: ut *Syllaturit*, à Cicerone for- in Epist.  
 matum est, & ab Asinio *fimbriaturit* ad 2. lib.

29. ab ur-  
be cond.

Lib. 4.

Carm.

od. 2.

Aene. 9.

similitudinem verbi, proscripturit: & à Li-  
uio, sobolescere, ab Horatio, iuuenescere, &  
Virgilio, lētescere & ignescere dictum est,  
vt feruescere. Imitatione facta sūt, *tinnio*,  
*rugio*, *clangor*, *murmur*, aliaque permulta.  
Inflexione, vt à *bibo* *bibofu*, inflexit Laber-  
rius Mimographus: Adiunctione *versuti*  
*loquus*, & Expectorare nouauit Ennius.  
Sed Græcis magis concessum est finge-  
re, audendum tamen aliquando, & si  
quid periculosius finxisse videbimur,  
quibusdam remediis præmuniēdum est,  
*Vi ita dicam*, *Si lices dicere*, *Quodammodo*,  
*Permitte mihi sic dicere*. In quo non falli-  
iudicium nostrum, solicitudine ipsa ma-  
nifestū erit. Nunc quoniam de verbis in-  
usitatis, & nouis dictū est, de tropis: nam  
illis verba transferuntur exponamus.

### De Tropis.

#### C A P . V I I I .

Quint. li.

8. cap. 3.

Tropus est verbi vel sermonis à pro-  
pria significatione in aliā cum vir-  
tute mutatio: vt cùm dicimus, *latus* sege-  
tes, verbū *latus*, à propria significatione  
qua lātos homines dicimus, ad segetes  
cum virtute transfertur. Sunt autē tro-  
pi numero vndecim. In uno verbo sep-

prim Metaphora: Synecdoche, Metonymia, Antonomasia, Onomatopœia, Catachresis, Metalepsis: In oratione vero  
quatuor: Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, & Hyperbole de quibus tametsi  
nondum de eo dicamus ornatu, qui ex  
coniunctis, continuatisque verbis con-  
stat, breuiter scribemus, ne iterum de  
Tropis differere cogamur.

*Quint. li.  
8.c. 6.*

*De Metaphora.*

CAP. IX.

**I**Ncipiamus igitur ab eo, qui cum fre-  
quentissimus est, tum longè pulcher-  
rimus, translatione dico, quæ Metapho-  
ra Græcè vocatur: latissimè enim patet.  
Nam necessitas genuit inopia coacta &  
angustiis, post autem delectatio, iucun-  
ditasque celebrauit. Nā ut vestis frigo-  
ris depellendi causa reperta primò, post  
adhiberi cœpta est ad ornatum etiam  
corporis, & dignitatem: sic verbi trâsla-  
tio, instituta est inopiae causa, frequen-  
tata delectationis. Est autem translatio,  
cum nomen, aut verbum propter simi-  
litudinem transfertur ex eo loco in quo  
proprium est, in eum in quo proprium  
deest: aut translatum Proprio melius  
est, Id facimus, aut quia necesse est, aut  
quia significantius, aut quia decentius.

*Metapho-  
ra.*

*Aristotel.  
Rhet.li.3.  
cap.2.  
Quint. li.  
8.cap.6.*

153. Nam *gemmare vites, luxuriam esse in be-*  
*ne.* ad *bis, latas segetes, etiam rustici necessitate*  
*Hal. 4.* dicunt; *Oratores durum hominem aut as-*  
*perū.* Non enim proprium erat, quod da-  
*Quin. lib.* rent his affectionibus nomen: *Iam incē-*  
*8. cap. 6.* *sum ira, inflammatum cupiditate, & la-*  
*psum errore: significādi gratia.* Nihil enim  
*hōrum suis verbis, quam his accersitis*  
*magis proprium erat.* Illa ad ornatum,  
*lumen orationis, & generis claritatem*  
*& concionum procellas, & eloquentiæ*  
*Pro Mil. 3.* flumina: ut Cic. pro Milone, Clodium  
*de Ora.* *fontem eius gloriæ vocat, & alio loco se-*  
*getem, ac materiam.* Illud autem admirā-  
*dum videtur, quid sit, quod omnes trās-*f*-  
*tatis & alienis magis delectentur verbis,*  
*quā proprijs, & suis.* Nā si res suū nomē,  
*& proprium vocabulū non habet, ut pes*  
*in naui, ut in vite *gemma*, necessitas cogit*  
*Arist. 6.* quod non habeas, aliunde sumere: sed in  
*To. cap. 2.* suorum verborum maxima copia, tamē  
*Rho. 5.* homines aliena multò magis, si sunt ra-  
*tione translata, delectant.* Causa autem  
*cap. 4.* illa est quod translatio est similitudo ad  
*Quin. lib.* unum verbum contracta: similitudine  
*8. cap. 6.* autem mirificè capiuntur animi. Eò ta-  
*& Cic. 3.* men distat, quod illa comparatur rei,  
*de Orat.* quam volumus exprimere: hæc pro ipsa  
*re dicitur. Comparatio est, cum dico fe-**

cisse quid hominem vt leonem: transla-  
tio, cum dico de homine, leo est.

*Quotuplex est translatio.*

C A P. X.

**M**etaphoræ autem vis omnis qua- Quin. libo.  
8. cap. 6.  
druplex est. Cū in rebus anima-  
libus aliud pro alio ponitur: vt Liuus  
**S**cipionem à Catone *allatrari* solitum  
refert. In anima pro alijs generis eiusdem  
sumuntur; vt concentu virtutum nihil  
est suauius. Aut pro rebus animatis in  
anima, vt:

*Duo fulmina belli,*

*Eneid. 6.*

*Scipiadas.* Aut contra.

*Sedet inscius alto*

*Eneid. 2.*

*Accipiens sonitum saxi de vertice postor.*

Præcipueq; ex his oritur mira sublimi-  
tas, quæ audaci & proximè periculum  
translatione tolluntur, cum rebus sensu  
carentibus actum quemdam ad animos  
damus, qualis est,

*Pontem indigatus Araxes.*

*Eneid. 8.*

Et illa Ciceronis, Quid enim tuus ille, Pro Lig.  
Tubero, distictus in acie Pharsalica  
gladius agebat? cuius latus ille mucro  
petebat? qui sensus erat armorum tuo- 3. de Ora.  
rum? In translatione primùm fugienda 160.

est dissimilitudo, qualis est in illo Ennij,  
Cæli ingentes fornices. Deinde viden-  
dum est, ne lögè simile sit ductum: *Syrtim*

*s. de Ora.* patrimonij scopulū, libentius dixerim. *Ca-*  
*126. Qu.* *rybdin* bonorum: *voraginem* potius Faci-  
*lib. 3. c. 6.* lius enim ad ea, quæ visa, quā ad illa, quæ  
audita sunt, mentis oculi feruntur. Sunt  
quædā & humiles translationes, ut *Saxea*  
est verruca: quædā maiores, quām res  
postulat, ut *Tepetas* comessationis: quæ-  
dam minores, ut, *comessatio* tempestatis.  
Ut modicus autem atque opportunus  
eius usus illustrat orationē, ita frequēs,  
& obscurat, & rædio cōplet: continuus  
verò in allegoriā, & ænigma exit. Quod

*s. de Ora.* si vereare, ne paulò durior translatio es-  
*199.* se videatur, mollienda est præposito sā-  
pè verbo, ut si olim M. Catone mortuo  
pupillum senatum quis relictum dicat,  
paulò durius: fin ut ita dicam, pupillū,  
aliquanto mitius est. Etenim verecunda  
debet esse translatio, ut deducta esse in  
alienum locum, non irruisse; atque ut  
precario, non vi venisse videatur. Dilige-

*Quint. li.* genter etiam cauendum est, ne omnia  
*8. cap. 6.* quæ Poëtis permitta sunt, cōuenire ora-  
tioni putemus nec enim, pastorem po-  
puli, authore Homero, dixerim, nec *vo-*  
*lucres pennis remigare*, licet Virgilius in

apibus ac Dædalo speciosissimè sit v̄sus. 4. Georg.  
 Modus autem nullus est florentior in & Aenei.  
 singulis verbis, nec qui plus luminis af- 6.  
 ferat orationi, eoque in illo explicando  
 meritò longiores fuimus.

*De Synecdoche.*

## C A P. XI.

**S**ynecdoche tropus est, in quo ex par-  
 te totum, aut contrà, aut ex antece-  
 dentibus sequentia intelliguntur. Quæ  
 descriptio octo illos modos cōprehen-  
 dit quibus sit Synecdoche, quos graui-  
 simi scriptores tradiderunt. Ex parte to-  
 tum intelligitur, ut ex puppi nauis: ensis  
 ex mucrone: aut ex tecto domus, Cice-  
 ro: Mucrones eorum à iugulis nostris  
 reicimus. Hūc pertinet, cum vel ex uno  
 plures significantur. Liuius: Romanus  
 prælio victor: & Virgilius:

Συνεκδοχὴ.  
 Gracē intellectio dicitur.  
 Aut. ad Heren.  
 In cap 3.  
 Orat.  
 Aene. 2.

*Hoc est habet muros.*

Vel genus, ex forma, id est parte illi  
 subiecta: Virgilius:

*Dentesque Sabellicus exacuit sus.*

pro quo quis sue: vel ex materia res vniuersa:qua ratione & ferrum pro gladio: & pius pro naui,& aurum atque argentum pro aurea, & argentea pecunia sumitur. Cicero:homines instructi & certis locis cum ferro collocati. Contrà verò & ex toto pars declaratur: ut in illo Virgili.

*Aene. 12.* Fontemque, ignemque ferebant.

De genere est, cùm aut è pluribus unus intelligitur. Cicero ad Brutum, populo, inquit, imposuimus, & Oratores vissimus:cùm de se tantum loqueretur. Aut à genere pars illi subiecta Virgilius:

*Aene. 12.* Prædámque ex unguibus ales  
Proiecit fluvio. Pro Aquila.

Ex antecedentibus sequentia monstratur:ut cùm ait idem Poëta,

*Eclog. I.* Aspice, aratra iugo referunt suspensa  
*Quint. li.* iuuinci.

*3. cap. 6.* Ut ex his perspicuum est. quæ hoc & proximo capite dicta sunt, translatio permouendis animis plerūque, & signandis rebus, ac sub oculos subiecti reperita est: synecdoche variare sermonem potest, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus, præcedentibus

sequentia, vel contra: omnia liberiora  
poëtis, quam oratoribus.

*De Metonymia.*

C A P. XII.

**M**Etonymia, est tropus, in quo causas, per effecta; vel effecta per causas, vel ex eo quod continet, id quod μίστη. continetur, vel rem è signo intelligimus. Graci, vel Per causas effecta declaramus, cum inventor, aut alicuius rei author pro re inuenta ponitus. Virgilius.

*Onerantique canistris  
Dona laborata Cereris.*

Hoc modo Platonem, Aristotelem, Demosthenem frequenter pro eorum scriptis ponimus. Cicero lectitasse Platonem studiosè; audiuisse etiam Demosthenes dicitur. Ex effectis autem causa significatur, cum sacrilegium deprehensum, & scelus dicimus pro scelerato. Hinc mœstem timorem, tristem feneſtutem, & pallidam mortem eleganter optimi dicunt auctores. Virgilius:

*Metonymia.*

*μίστη.*

*Graci.*

*inventor.*

*author.*

*re.*

*inuenta.*

*ponitus.*

*Virgilius.*

*Aut. ad*

*Her. De-*

*nomena-*

*tionē ap-*

*pellat.*

*Ænei. 8.*

*Decla.*

*Ora. 121.*

*Æneid. I.* *Mortuumque timorem, Mittite.*

Horatius.

*Pallida mors aquo pulsat pede pauperum  
tabernas,*

*Regumque turres.*

Ex eo quod continet, id quod continet venustè etiam intelligitur. Sic bene moratæ vrbes vocantur, sic seculum felix: sic Roma pro Romanis. Athenæ pro Atheniensibus frequenter ponuntur. Virgilius.

*Calo gratissimus annis, id est, cælestibus.*

*Æneid. 7.* Cicero: ut omittam illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis, & inuenta est & perfecta. Athenas dixit pro Atheniensibus. Huc referuntur etiam illa, cum ex possessore, res quæ possidetur: aut ex duce exercitus significatur, Virgilius.

*Æneid. 2.* *Iam proximus ardet.*

*Vcælegon, id est, Vcælegonis domus.*

Sic hominem deuorari, cuius patrimonium deuoratur: & ab Annibale apud Cannas cæsa sexaginta millia dicimus,

id est, ab eius copijs. Et signo denique res monstratur, vnde toga quæ pacis erat insigne & otij, pro pace: & fasces usurpantur pro magistratu. Virgilius.

*Non illam populi fasces: non purpura Georg.*

*Regum*

*Flexit.*

Metonymiam, vt ait Cicero, Rhetores *Iu gOrat.* hypallagen vocant.

39.

### *De Antonomasia.*

### C A P . X I I I .

**A**ntonomasia ponit aliquid pro nomine, vt Euersor Carthaginis & *μάντας*. *Αὐτερο-*  
*Numantiae*, pro Scipione: Romanæ elo- *Graci*  
*quentiæ princeps*, pro Cicerone. Epithe- *Aut.* *ad*  
*ton autem*, siue Latinè malis dicere ap- *Her. li. 4.*  
*positum*, nō est tropus, quia nihil vertit: Pronomi-  
*necesse est enim semper*, vt id quod est *nationem*.  
*appositū*, si à proprio diuiseris per se si-  
*gnificet*, & faciat Antonomasiam. Nam  
*si dicas*, ille qui Carthaginem & Numā-  
*tiam euertit*, Antonomasia est, si adie-  
*cetis* Scipio, appositorum: Apposito & fre-  
*quentius* & liberiū Poëtæ utuntur, nā-  
*que* illis satis est cōuenire verbo, cui ap-  
*ponitur*; & ita, dentes albi, & humida vi-

na, apud eos non reprehenduntur. Apud oratorem nisi aliquid efficitur redundant.

*Arist. lib. 3. Rhei c. i. & Quin. lib. 8. c. 5.* Tu autem efficitur, si sine illo, quod dicatur minus est; qualia sunt, O scelus abominandum! O deformem libidinem! Ex natura autem res tota maximè translationibus: cupiditas effrenata, & insana substrunctiones. Solet etiā fieri aliis adiunctis Epitheton tropis, apud Virgilium, *Turpis egestas & tristis senectus.* Verumtamen talis est ratio huius virtutis, ut sine appositis nuda sit, & velut incompta oratio; ne oneretur tamen multis: Nam sit longa, & impedita.

*Aeneid. 6.*

### De Onomatopœia.

#### CAP. XIV.

*O'ropha-tonouīay  
Graci.*

*Aus. ad Her. Nominationē appellat,  
lib. 4. Quib. 6. c. 1.*

**O**NOMATOPŒIA, est fictio nominis, Græcis inter maximas habita virtutes, Latinis vix permittitur. Ab his tamen plurima sunt per Onomatopœiam posita, qui primi sermonem fecerūt, aptantes affectibus nomen. Nam mugitus & sibilus, & murmur, & vagitus, aliquaque quamplurima inde venetūt. At nunc ratiō & cū magno iudicio hoc genere vtendum est: ne noui verbi assiduitas odium pariat: sed si commode quis eo vtatur, &

rarò, non modo non ostendet nouitatem,  
sed etiam exornabit orationem.

## De Cat: chresti.

## CAP. XV.

**A** Bülio, Καταχένη appellant, est in Orat. quæ verbo simili, & propinquo, pro 94. certo & proprio abutitur, hoc modo, vi- res hominū breves sunt, aut parua statuta, aut longum in homine consilium, aut ut paucō sermone: aut cum grandem orationē pro magna, minutum animum pro parue dicimus: sic Virg.

In stirpe equum diuina Palladii ar-  
te ædificant.

Et quam prostrinus omnia  
Perlegerent oculis.

Æneid. 2.

Æneid. 6.

Sic Pyxides cuiuscumq; materiæ sunt, &  
parricida matris quoque, aut sororis in-  
terfector dicitur. Abutimur autem ver-  
bis propinquis, non solum in iis, quæ  
nomen non habent, vt de pyxide, &  
parricida diximus, sed etiam in iis quæ  
habent, vt grauius oratio, equum adificant,  
perlegerent oculis, vel quod delectat,  
vel quod licet. Sed hoc interest inter-

Quin. lib.

8. cap 6.

In Orat.

*3. de Ora.* abusionem & translationem, quod abusio licet impudens non sit, est tamen licentior, & audacior quam translatio: ex quo apparet duos hos tropos ita similes esse, ut tamen sint diuersi.

*De Metalepsis.*

C A P. XVI.

*Quint. li.* Superest ex his, qui aliter significant,  
*8. cap. i.* Metalepsis, id est, trasumptio ex alio  
*Eclog. 2.* in aliud velut viam praestans.

*Quin. ib.* Tropus autem est rarissimus, & maxime improprius. Virgilius.

*Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.*

Gradatim enim ab aristis ad spicas, à spicis ad segetes, ab his ad æstates, ab æstatibus ad annos acceditur. Idem etiam Poëta in primo libro Æneid sic ait.

*Speluncij que ab didit atris.*

Vbi speluncæ nigræ, aut per hoc crassæ  
& obscuris tenebris circumfusæ, ad extre-  
mum deniq; infinita altitudine depre-  
ſæ intelliguntur.

## C A P. XVII.

**A** Allegoria, quam inuersione inter-  
pretamur; aliud verbis, aliud sensu  
ostendit, ac etiam interim contrarium,  
Virgilius:

*Sed nos immensū spatijs confecimus & quor  
Et iam temp̄o, equum spumanter soluere  
colla.*

Habet usum talis allegoriæ frequenter  
oratio, sed raro totius, plerumq; apertis  
permista est tota, apud Cic. talis est: Hoc  
miror enim, querorq; quemquā homi-  
nem ita pessundare alterum verbis vel-  
le, ut etiā nauē perforet, qua ipse nau-  
get. Illud commistum frequetissimum.  
Equidem cæteras tempestates, & pro-  
cellas in illis dumtaxat fluctibus con-  
cionum, semper Miloni putauit esse sub-  
eundas: nisi adiecisset fluctibus concio-  
nū, esset allegoria, nunc eam miscuit. Il-  
lad vero longè speciosissimū genus ora-  
tionis in quo trium permista est gratia,  
similitudinis, allegoriæ, & translationis:  
Quod fretum, quem Euripū tot motus  
tamque varias habere creditis agitatio-  
nes, commutationes, fluctus: quantas  
perturbationes, & quantos astus ha-

ANN. 170-  
pia.Aut. ad  
Her. Per-  
mutatio-  
nem vocab  
lib. 4.  
Geor. 2.

Pro A

bet ratio comitiorum. Dies intermissus  
vnus, aut nox interposita s̄pē perturbat  
omnia, & totam opinionem parua nō-  
nunquam commutat aura rumoris. Nā  
id quoque in primis est custodiendum,  
vt quo genere cœperis translationis, hoc  
desinas. Multi enim cum initium à tem-  
pestate sumpserunt, incendio aut iuina  
finiunt, quæ est in consequentia rerum  
fœdissima. Cæterum allegoria paruis  
quoque ingeniis, & quotidiano sermo-  
ni frequentissimè seruit: nā illa in agen-  
dis causis trita; Pedem conferre, & iugu-  
lum petere, & sanguinem mittere, inde  
sunt. Allegoria quæ est obscurior, æni-  
gma dicitur, vitium profectò; siquidem  
dicere dilucidè, virtus: quo tamen &  
poëtæ vtuntur. Virgil.

*Treis pateat cæli ſpatium non amplius  
vlnas.*

Et Oratores nonnunquam, vt in Triclinio Coa, in cubiculo Nola.

### *De Irenia.*

### C A P . X V I I I .

*ἐιρωνεία*  
Ariſt. in- **I**N genere, quo cōtraria ostenduntur,  
ironia est, quā illusionem vocant, quę

non solū aliud sensu, aliud verbis ostendit: sed contrariū. Ea aut pronunciatio-  
ne intelligitur, aut persona, aut rei na-  
tura. Nam si qua earum verbis dissentit, tunc La-  
apparet diuersam esse orationis volun-  
tatē. Cic. in Clod. Integritas tua te pur-  
gauit, mihi crede, pudor eripuit, vita an-  
teacta seruauit: & Turnus apud Virgil.

**Aut.** ad  
**Her. lib. 4.**  
**vocat per**  
**mutatio-**  
**nem.**

*Méque timoris*  
*Argue tu Drance, quando tot cadiſ aceruos* Alex. cap.  
*Toucrorum tua dextra dedit.* 20. &  
Quin. lib.

### De Periphrasi.

### CAP. XIX.

**C**um pluribus verbis, id quod uno, aut paucioribus dici potest, expli-  
catur. Periphrasin vocant circuitum lo-  
quendi, qui est apud Poëtas frequentis-  
simus ut Virgilius,

**meippe-**  
**atis.**

**Circuitus**  
**est Aut.**

*Tempus erat quo prima quies mortalibus ad Her.*  
*agris* lib. 4.

*Incipit, & dono diuūm gratissima serpit.* Aeneid. 2.  
*Et iam summi procul villarum culmina* 1. Eclog.  
*fumant,*

*Maiorésque cadunt altis de montibus*  
*umbra.*

Et apud Oratores non rarus, semper tamen astricior: quidquid enim significari breuius potest, & ornatus latius ostenditur, periphrasis est. Verum ut cum deossem habet periphrasis, ita cum in vitium incidit perissologia dicitur: obstat enim quidquid non adiuuat.

*De Hyperbato.*

C A P. XX.

*4 ad Her.* **H**yperbaton, id est, transgressio, est,  
*3. de Ora.* quæ verborum perturbat ordinem  
*Quint. li.* peruersione, aut transfectione. Peruersio-  
*8. cap. 6.* ne ut vulgo, mecum, tecum, secum; apud  
*I. Æneid.* Oratores & historicos, quibus de rebus;  
*Pro Clu.* apud Virg. *maria omnia circum.* Trans-  
 iectione, ut animaduerti iudices omnem  
 aecusatoris orationem in duas diuisam  
 esse partes. Huiusmodi transfectione, quæ  
 rem non reddit obscuram, multum pro-  
 derit ad continuationes, de quibus postea  
 dicitur: in quibus oportet verba sicuti  
 ad Poëticum quendam extruere nume-  
 rum, ut perfectè & perpolitissimè possint  
 esse absolutæ. Poëtas quidem etiam ver-  
 borum diuisionem faciunt transgres-  
 sionem:

*3. Georg.* *Hyperboreo septem subiecta trioni.*  
*Quod oratio nequaquam recipiet.*

## De Hyperbole.

## C A P. XXI.

**H**yperbole est ementiens superie- *ad Coll.*  
*ctio*, cuius virtus est ex aduerso *Superla-*  
*pars augendi*, Virgilius : *tio est.*

*Geminique minantur in calum scopuli.* *Aut. ad*  
*Et fulminis ocyor alis.* *Her. lib. 4.*

Cicero in Antonium, Quæ Charybdis *Quint. li.*  
*tam vorax, Charybdim dico; quæ si fuit,* *8. cap. 6.*  
*fuit animal vnum: Oceanus medius fi-* *Aeneid. 1.*  
*dius vix videtur, tot res, tam dissipatas*  
*tam distantibus in locis positas, tam ci-*  
*tò absorbere potuisse.* Illud Virgilij ad  
*minuendum :*

*Vix offibus harent.*

Sed tam in augendo quam in minuendo *Aeneid. 5.*  
*seruetur mensura quedam.* Quamuis est *Eclog. 2.*  
*enim omnis hyperbole ultra fidem, non*  
*tamen esse debet ultra modum.*

## De ornatu qui est in verbis coniunctis.

## C A P. XXII.

**S**equitur continuatio verborum, que *3. de Ora.*  
*duas res, maximè collocationē pri-*  
*mum, deinde modum quemdam, for-*

māmque desiderat. Tum & verbis, & sententiis oratio conformanda est: de quibus post tropos aptissimè dicemus; deinde de collocatione, postremò de modo & forma, id est numeris, qui sunt adhibendi in oratione, differemus.

*De Figuris.*

C A P. XXIII.

*Quid sit figura.*  
Quin. lib.  
6.c.9.

**F**igura (sicut nomine ipso patet) est cōformatio quædam orationis, remota à communi, & primum se offerente ratione. Differit autē à tropis figura, quia propriis verbis figura fieri potest, quod in Tropos nō cadit; vt, fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani: figura est in verbo geminato in sua significatione permanente. Illud tamen norandum coire frequenter in eadem sententia, & tropum & figuram. Tām enim translati verbis quām propriis figuratur oratio, vt, Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, coniurationēmque nascentem corroborauerūt. Aluerunt, & corroborauerunt translata sunt, & similiter desinentia, similitērque cadentia,

*De generibus figurarum.*

## C A P. XXIV.

**S**Ic ut omnem orationem, ita figuras quoque necesse est versari in sensu, *Aut. ad* & in verbis. Ut vero natura prius est *Her. lib.* concipere animo res, quam enunciare: 4. ita de his figuris antea loquendum esset, 3. *de Ora.* quae ad mentem pertinent: sed facilitatem secuti de figuris verborum prius dicemus. Est autem verborum exornatio, quae ipsis sermonis insignita continetur perpolitione. Inter conformacionem verò verborum & sententiarum hoc interest, quod verborum conformatio tollitur, si verba mutaris: sententiarum permanet quibuscumque verbis ut velis. Nunc vero quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorantem nostrum putat? Repetitio, est verborum figura & interrogatio, figura sententiarum: persæpe enim unus & idem locus & verborum & sententiarum ornamenti illuminatur: muta verba, Quid agat & moliatur, ac denique quid cogitet quem ignorante nostrum putat? Repetitio tollitur, interrogatio permanet, semperque permanebit quibuscumque verbis ut velis. Sed quoniam parum inter

authores conuenit de numero, & nominibus figurarum, & in eo etiam magna discrepantia est: quod aliquæ à quibusdam inter verborum ponuntur, quæ ab alijs inter sententiarum ornamenta numerantur, nos medium viam secuti, ea de quibus grauissimorum scriptorum maior consensus est, explicabimus.

*Quod modis fiant figura verborum.*

C A P. XXV.

*Quint. li.  
9. cap. 3.* **F**iguræ verborum tribus maximè fiunt modis: per adiectionem, detractionem, similitudinem. Per adiectionem, ut Cic. pro Milone: Occidi, occidi, non Spurium Melium: quo loco, verbū, occidi, figuratè geminatum est. Per detractionem etiam fiunt figuræ, in quibus multum est venustatis: Cicero in Catilinam, abiit, excessit, erupit, euasit; ubi coiunctiones prætermittuntur. Sed tertium genus figurarum quod quandam vocum habet similitudinem, & aures præcipue in se vertit, & animos excitat. Cicero in Oratore: Itaque efficis, ut cum gratiæ causa nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis.

*Pro Milo-  
ne.*

*Inuent. 2.*

*De*

## C A P. XXVI.

**R**epetitio est, cum ab eodem verbo  
ducitur saepius oratio, vel ut Cicero  
describit, est eiusdem verbi crebra à  
primo repetitio. Quod acriter & insta-  
ter fit. Cicero in Catilinam: Nihil agis,  
nihil molitis, nihil cogitas, quod ego  
non modo audiam, sed etiam videam,  
planèq; sentiam. Idem contra Rullum:  
Quid enim est tam populare, quam pax?  
qua non modo iij, quibus natura sensum  
dedit, sed etiam tecta atq; agri mihi la-  
tari videntur. Quid tam populare, quam  
libertas? quam non solum ab homini-  
bus, verum etiam à bestijs expeti atque  
omnibus rebus anteponi videtis? Quid  
tam populare, quam otium? quod ita in-  
cundum est, vt & vos, & maiores vestri,  
& fortissimus quisque vir maximos la-  
bores suscipiendos putet, vt aliquando  
in otio possit esse, præsertim cum impe-  
rio ac dignitate.

**C**onuersio est, cum in idem verbū  
conjectur saepius oratio. Cicero in  
Antoniū, Doletis tres exercitus populi  
Romani interfectos? interfecit Antonius.  
Desideratis clarissimos ciues? eos quoq;  
eripuit vobis Antonius. Authoritas hui-

Araeogā,  
vel Em-  
coria.

*Aut. ad  
Her.lib. 4.*

Quintil.  
lib 9 c. 3.  
de Ora. 3.  
In Orat.

Inuent. I.

F'moregā,  
vel Ar-  
tificēr.  
Philip. 2.

ordinis afflita est? Afflixit Antonius.

Συμπλο-  
κή.

**C**omplectio est quæ repetitione & conuersionem complectitur. Qui sunt qui fœdera sèpè ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt qui Italiam deformatuerunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui sibi postulat ignosci? Carthaginenses. Cice. pro lege Agraria: Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem suffragijs pruauit? Rullus. Quis comitijs præfuit? Idem Rullus.

Διαδι-  
πλωσις.  
Inuent. 5.  
Lib. 5.  
accus.

**C**onduplicatio est verborū geminatio, quæ habet interdum vim, leporem alias. Geminantur autem verba modis pluribus: aut enim adiungitur idē iteratum, ut Cicero in Cat. Viuis & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandā audaciam. Aut idem ad extremū refertur: Cicero in Verrem, Multi & graues dolores inuenti parentibus & propinquis multi. Aut continenter vnu verbum non in eadem sententia ponitur: Cicero pro Ligario, Principum dignitas erat penè par, non par fortasse corū qui sequebantur. Aut post aliquā interiectionem repetuntur. Cicer. Bona

(miserum me, consumptis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona inquam Cn. Pompeij acerbissimæ voci subiecta præconis. Possunt quoque media respondere, vel primis, ut Virgilius.

Æneid. 7.

*Te nemus Angicia, vitrea te Fucinus  
vnda.*

Vel ultimis. Cic. in Veriem, Hæc nauis onusta ex præda Siciliensi: cū ipsa quoque esset ex præda. Interdum sententia tota repetitur. Cicero in eodem libro, Quid Cleomenes facere potuit? non enim possum quæquam insimulare falso. Quid inquam Cleomenes magnopere facere potuit? ille verò apud Ciceronem locus est pulcherrimus, in quo & primo verbo longo interuallo redditum est ultimum, & media primis; & medijs ultima congruunt, Vestrum iam hic factum reprehendit P. C. non meum: ac pulcherrimum quidem factum, verum dixi non meum, sed vestrum.

**T**Raductio est eiusdem verbī cre- πλακη.  
brius positi, quædā distinctio: quæ Gracè lib.  
facit, ut cum idem verbum crebrius po- 4. ad Her.  
natur, non modò non ostendat animū, 2. de Ora.  
sed etiam concinniorem orationem

reddat, hoc pacto: Qui nihil habet invita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Item eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitâ hominis petiisset. At erat inimicus: ergo inimicum sic vlcisci voluit, ut ipse sibi reperiatur inimicus. Item: Diuitias sine diuitium esse: tu vero virtutem prefer diuitijs. Nam si voles diuitias cum virtute comparare, vix fatis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pedissequæ sint. Ex eo lèm genere exornationis, cum idem verbum modò ponitur in hac, modò in altera re, hoc modo: Cur eam rem tam studiosè curas, quæ multas tibi dabit

*Ant.* ad curas? Itē: Amari iucundū est, si cuietur,

*Her lib. 4.* ne quid insit amari. Item: Veniam ad vos

*de Orat.* si mihi senatus det veniam. Sed hoc pō-

*Quint. li.* sterius traductionis genus meritò. Quia

*6. cap. 5.* etiā in locis frigidū videtur πολύπλοκη

*De Ha-* quod in multis casibus ponitur, casuum

*rufp. ref.* commutatio Latinè dicitur. Fit aut in

vno verbo, aut in pluribus. In vno, ut

apud Cicer. Homines te, propter pecu-

niam iudicio liberarunt: hominibus, ini-

uria tui stupri dolori non fuit. Homi-

nies tibi arma, alij in me, alij post in illū

invictum ciuem dederunt: hominum

beneficia prorsus concedo tibi. Et Pleni *Pro. Arc.*  
 sunt omnes libri, plenæ sapientū voces,  
 plena exemplorum vetustas. Et non mi-  
 nus in causa cederet A. Cæcina Sex.  
 Ebutij impudentiæ, quām tūm in vi fa-  
 cienda cessit audaciæ. Casus enim, pau-  
 lò aliter, quām Grāmatici, Rhetores ap-  
 pellant, vt fiat etiam verborum: tempus  
 ad significantiam sui casus, in pluribus, *Pro. Caci.*  
*Aut. ad*  
 vt, Tib. Gracchum Remp. administran- *Her.*  
 tem indigna prohibuit, nec diutius in ea  
 commorari C. Graccho similiter occa-  
 sio oblata est, qui Reipub. virum aman-  
 tissimum subitò de sinu ciuitatis eripuit.  
 Saturninum fide captum malorum per-  
 fidia per scelus vita priuauit. Tuus: ô  
 Druse, sanguis domesticos parietes, vul-  
 túmq; parétis aspersit. Sulpitio, cui pau-  
 lò antè omnia concedebat, cum breui  
 spatio non modò viuere, sed etiam sepe-  
 liri prohibuerunt. Qui casuum commu-  
 nationem cum traductione coniunxerūt,  
 aut annominationi subiecerunt, ma-  
 gnopere mihi videntur errasse.

**S**YNONYMIA est cùm verba idē signi-  
 ficantia congregantur. Quæ cùm ita  
 sint, Catilina, perge quò cœpisti: egredie-  
 re aliquando ex urbe; patent portæ,

K;

*Συνώνυ-  
μία.**Inuest. 1.**Inuest. 2.**pro Mil.*

proficisci. Et alio loco: Abiit, excessit,  
erupit, evasit. Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes aceruantur;  
perturbatio istum mentis, & quædam  
scelerum offusa caligo, & ardentes fu-  
riarum faces excitarunt.

*πολιού-* **P**oly syntheton, est schema quod cō-  
*θετον.* iunctionibus abundat.  
*Georg. 3.* *Tectumque, Larēmque,*  
*Armāque, Amycleumq; canem, tressim-*  
*que pharetram.*

*Κλίψη.* **G**radatio repetit quæ dicta sunt, &  
priusquam ad illud descendat in  
pluribus resistit. Vel, ut cum Cicerone  
definiamus Gradatio est, cùm gradatim  
sursum versus reditur. Africano virtutē  
industria, virtus gloriam, gloria æmulos  
comparavit Cicero pro Milone, Neque  
verò se populo solum, sed etiam senatui  
commisit; nec senatui modò, sed publicis  
præsidiis & armis; neque his tantum, sed  
etiam eius potestati, cui senatus totam  
Rempubl. commisit. In tertio loco, cùm  
dicendum fuisset, nec publicis præsidiis,  
& armis tantum, consultò, quoniam id  
longum erat & insuaue, pro eo dixit;  
neque his tantum. Hæc figura apertiorē  
habet artem & magis affectatam; id eóq;  
esse rarior debet.

*De figuris verborum, que sunt per  
detractionem.*

## CAP. XXVII.

**S**equuntur figuræ, quæ per detrac-  
tionem sunt, quæ breuitatis, nouitatís-  
que maximè gratia petuntur, quarum  
una est synedoche, nō tropus ille, de quo  
dictū antea est, sed verborū figura, cùm  
subtractum verbum aliquod satis ex  
cæteris intelligitur, quod inter vitia  
**exāphēs** vocatur, ut Cælius in Antoniū  
stupere gaudio Græcus, simul enim au-  
diatur, coepit. Cicero ad Brutum: sermo  
nullus, scilicet nisi de te. Quid enim po-  
tius? simul intelligitur in priori quidem  
parte, est, in posteriori vero, faciamus  
aut aliquid simile. Differt ab aposiopesi,  
quæ sententiarū est exornatio: quod in  
ea vñū verbum, & manifestum quidem  
desideratur, ut in superiori exēplo, & in  
illo etiā Ciceronis. Data Lupercalibus,  
quo die Antonius Cesari: ubi nihil aliud  
intelligi potest quam hoc diadema im-  
posuit. At in aposiopesi, aut incertum  
est, quod tacetur, aut certè longiore ser-  
mone explicandum.

**D**issolutio est cùm demptis coniun-  
ctionibus dissolutè plura dicuntur. τον, αυτ  
Cice. Sit in eius tutela Gallia, cuius vir-

virtuti, fidei, felicitati commendata est.

**Aus. ad Her. li. 4.** Aptæ est hæc figura nō in singulis modò verbis, sed sententijs etiam, vt Cic. pro Archia: Hæc studia adolescentiā alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Dissolutionis autem, & polysynthetici fons unus est, quia acriora faciunt quæ dicuntur & vim quandam præ se ferentia velut sæpius erumpentis affectus. Qui dissolutionem & articulum idem esse putant, falluntur, cum articulus & in 4. ad Here. & apud Cic. idem sit quod incisum.

**egro-**  
**ſeuγμα,**  
**& νο-**  
**ſeuγμα**  
**cōprehendit adiū-**  
**tio.**

**A** Diunctio est, in qua unum ad verbum quod primum aut postremū collocatur, plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola poneretur. Fit autē præposito verbo ad quod reliqua respiciat, hoc modò. Vicit pudorem libido, timore audacia, rationem amentia: aut illato, quo plura concluduntur, Nec enim is es Catilina, vt te aut pudor unquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Medium quoq; potest esse quod & prioribus & sequentibus suffi-

ciat, ut formæ dignitas, aut morbo de-  
florescit, aut vetustate. Quod cùm sit,  
coniunctio figura est.

**D**isjunctio (quā perspicuitatis gra-  
tia, quoniam superioribus contra-  
ria est, hoc loco tradimus) est cùm eorū,  
de quibus dicimus, vnumquódque certo  
concluditur verbo. Cicero pro Archia:  
Me autem quid pudeat, qui tot annos  
ita viuo, iudices, vt ab illis nullo me vn-  
quam tempore aut commodum, aut  
ocium meum abstraxerit, aut voluptas  
auocauerit, aut deniq; somnus retarda-  
rit. Et in eadē oratione Homerum Co-  
lophonij ciuem esse dicunt suum, Chij  
suum vendicant. Salaminij repetunt.  
Smyrnæi verò esse suum confirmant.  
Σωμοκείωσις, est quæ duas res diuersas  
colligat hoc modo: Tam deest auaro,  
quod habet, quam quod non habet.

ἀλυτός,  
vel ἀν-  
ζευγμε-  
ον.

Σωμο-  
κείωσις.

### De figuris verborum tertij generis.

#### CAP. XXVIII.

**T**ertium est genus figurarum, quæ  
aut similitudine vocum, aut pari-  
bus, aut contrariis vertunt in se aures, &  
animos excitant.

Cic. 3. de  
Orat.

Quin. lib.  
9. cap. 3.

Aus. ad  
Her. li. 4.

*παρονομία.* **A** Nnominatio, quā Græci parono-  
miasiam vocant, est cūm paululum  
immutata verba, atq; deflexa in oratio-  
ne ponūtur. Ea multis & variis rationi-  
bus conficitur: Adiectione hoc modo,  
Cic pro Cluētio, Sic in hac calamitosa  
fama, quasi in aliqua pernicioſiſſima flá-  
ma. Et, Emit morte immortalitatē. De-  
tractione, sic contra eum qui ſe legatio-  
ni, immoriturū dixerat, pater Quincti-  
*Inuen. I.* liani; non exigo, vt immoriaris legatio-  
ni immorare Commutatione, hoc mo-  
do, Cicero in Catilinam, Hanc Reipu-  
blicæ pestem paulisper reprimi, non in  
perpetuum comprimi poſſe. Translatio-  
ne, Videte iudices vtrum homini nauo,  
an vano credere malitis. Hæc figura, le-  
uis alioqui, ſententiarum pondere im-  
plenda eſt. Meritò igitur illa exépla vi-  
tādi potius quam imitandi gratia ponit  
Quintilianus, Auium dulcedo ducit ad  
auium, & non pisonum, ſed Pistorum:  
peſſimum verō, Ne patres cōscripti cir-  
cumscripti videantur: & raro evenit, ſed  
vehementer venit: aliaque ſimilia.

**S** Imiliter cadens exornatio eſt; cūm  
in eadem constructione verborum  
duo aut plura ſunt verba, quæ ſimiliter

iisdem casibus effeuntur. *ὅμοιώτερον ὕμεσόν τοις*  
 appellat, id est, simile casum, etiam si dis  
 similia sint quae declinentur: nec tantum  
 in fine deprehenditur, sed respondent  
 vel prima inter se, vel mediis, vel extre-  
 mis: vel etiam permutatis his, ut, media  
 primis, & summa mediis accommoden-  
 tur, & quocumque modo poterunt ac-  
 commodari. Cic. est idē Verres, qui fuit  
 semper, ut ad audiendum projectus, sic  
 paratus ad audiendum. Et, qui in his re-  
 bus non ita defendatur, ut mediocris  
 Prætor: sed ita laudetur, ut optimus im-  
 perator. Et, si quantum in agro, locisq;  
 desertis audacia potest: tantum in foro,  
 atq; in iudiciis impudentia valeret, non  
 minus in causa cederet A Cæcinna Sex.  
 Ebutii impudentiae, quantum in vi fa-  
 cienda cessit audaciæ. Nam in his exē-  
 plis casus similes referuntur, audiendum,  
 audiendum; projectus, paratus; defendatur,  
 laudatur; mediocris Prætor, optimus impe-  
 rator; agro, foro; locis desertis, iudiciis; auda-  
 cia, impudentia; causa, vi facienda; impu-  
 densia, audacie.

**S**imiliter desinens est similis duarum *ὅμοιώτερον*  
 sententiarum vel plurium finis, hoc *τοις*  
 est cum orationis membra. vel articuli  
 simili exitu terminantur, Cicero: ut eius

semper voluptatibus non modò ciues assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti, tempestatesq; obsecundarint. Nō modò ad salutem eius extinguendam, sed etiam ad gloriam per tales viros infringendā. Et, non minus in causa cederet A. Cæcina  
 S:x. Ebutii impudētiæ, quām tum in vi faciēda cessit audaciæ. Et pro Cluentio, vt & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia puniatur. Differt hęc figura à superiori: est enim similiter cadens, tantum casus similis, etiam si dissimilia sint, quæ declinantur: at similiter desinēs in eosdē exitus cadit, vt superiora exempla declarant. Atq; eò fit, vt similiter cadens verbis & nominibus tantum confici possit, cùm similiter desinens illis, etiam quæ declinari non possunt, conficiatur: vt eiusdem nō est & facere fortiter, & viuere turpirer. Deniq; similiter cadens, quo quis, vt dictum est, loco, similiter desinens non nisi in membris & articulis extremis.

*Quin. lib.  
9. cap. 3.*

*Iσοκολῶν* **C**ompar Græci vocant Isocolō, habet membra orationis quæ cōstāt ex pari ferè numero syllabarum: Hoc nō de enumeratione nostra sicut; nam id

quidem puerile est, sed tantum affectus & exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu pat membrum superiori referre possimus. Cicero pro lege

Manilia: Extrema hyeme apparuit, in eū *Pro lega*  
te verè suscepit: media aestate confecit. *Manil. 4.*  
Loquitur autem de bello, quod Pompeius gessit contra piratas. *Tρίχρασος, 9. cap 3.*  
est quod tribus constat membris, ut pro-  
Cluent, vicit pudorem libido, timorem  
audacia, rationem amētia: sit etiam sin-  
gulis verbis, ut Cic. in Catil. abiit, ex-  
cessit, erupit, euasit.

**C**Ontrapositum autem, vel ut qui-  
dam vocant Cōtentio, ut Cicero *4. Her. de*  
loquitur, contrarium (antitheton Græ-  
cis dicitur) nō uno fit modo. Nā & fit si  
singula singulis opponātur, ut Vicit pu-  
dorē libido, timorem audacia, rationem  
amentia. Et bina binis: Non nostri inge-  
nij, vestri auxiliij est. Nec semper cōtra-  
positum subiungitur, ut in hoc Cicero-  
nis pro M: lone. Est enim hæc iudices nō  
scripta, sed nata lex: Verūm, sicut Cicer.  
dicit, quod de singulis rebus propositis  
refertur ad singula, ut in eo quod sequi-  
tut: quā non didicimus, accepimus, legi-  
mus, verūm ex natura ipsa attipuimus,

*ἀντιθέτων*  
*Cicer. pro*  
*Cluen.*

*Ibidem.*

*3 de Ora.*

hausimus, expressimus. Magnè veteribus curæ fuit, gratiam dicendi è quatuor his proximis figuris acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus vtique prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam Marcus Tullius, verū & modū adhibuit non ingratæ (nisi copia redun-  
det) voluptati, & rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. Nā per se frigida, & inanis affectio, cùm in acreis incidit sensus, innata videtur esse, non accersita.

*Aντμε-  
τυγλη,  
vel με-  
ταθιος.  
Pro Clu.*

*Pro Cæ.*

**C**ommutatio est cùm duæ sententiæ inter se discrepantes ita effeūtur, vt à priore posterior, cōtraria priori profiscatur: Non vt edam viuo, sed vt viuam edo Item, poëma loquens pictura est, pictura tacitum poëma debet esse. Et apud Ciceronem: Ut & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Hæc de verborū figuris dicta sunt: in quibus illud notandum est, multas eaurū cadere frequenter in easdē senten-  
tias, idq; cum magna venustate. Cicero, Si quantū in agro locisq; desertis audacia potest, tantum in foro, atq; in iudi-  
ciis impudentia valeret: Compar est & similiter cadens. Non minus in causa ce-  
deret Aulus Cæcinna Sexti Ebutii im-

pudentiæ, quām tunc in vi facienda celi-  
fit audaciæ. Compar, similiter cadens,  
similiter desinens. Accedit & ex illa fi-  
gura gratia, qua mutatis casibus verba  
repetuntur. Non minus cederet, quām  
cessit.

**C**orrectio est quæ corrigit quod positiū est verbū. Sed ea fit duobus modis: aut enim prius verbum tantum tollit: ut ibi, Te cum & illius largitionibus, & tuis rapinis expleuisses ( si hoc est explere, quod statim effundas) &, Atq; hæc ciues, ciues inquam ( si hoc nomine eos appellari fas est ) de sua patria cogitant: aut priori sublato, pro eo id quod magis idoneum videbitur, reponit: ut sed stuporem hominis, vel dicam pecudis attendite! ô hominem fortunatum: qui eiusmodi nuntios, vel potius Pegasos, habeat. Alia correctio est sententiæ, de qua suo loco dicemus; Dubitatio est, cùm querere videtur Orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat: ut venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici eius morbum & insaniam; ut Siculi, latrocinium. Ego quo nomine appellem, nescio: tem vobis proponam: vos eā suo nominis pondere peditote.

4. ad He-  
ren.

3. de Or.  
Phil. 2.

Phili. 2.  
pro Quin.

4. ad Hi-  
ren.

3. de Ora.  
lib. 6.

*Quid verborum figura orationi conferans,  
& quid in eis cauendum sit.*

C A P. X X I X.

*Quin.lib.  
9.cap.3.*

**S**I quis autem parcè, & cum res pos-  
cit, verborum figuris vtatur, iucun-  
diorem faciet orationem: Qui verò im-  
modicè & sine iudicio eas adhibuerit,  
ipsam illam gratiam varietatis amittet.  
Dāda igitur opera est, vt nec multæ sint  
supra modum, nec eiusdem generis, aut  
iunctæ aut frequentes: quia satietas, vt,  
paucitate earū, ita veritate quoq; vita-  
tur. Quod de his verborum figuris quæ  
nobiles sunt atq; insignes intelligendū  
est, nō de illis quæ valdè sunt vītatæ ac  
vulgares: quæ etiā si sunt crebriores, cō-  
suetas aures minùs feriunt. Ridiculum  
enim est neglecto rerū pondere & viri-  
bus sententiarum inania verba in hos  
modos deprauari. Cū enim figuræ sint  
quasi quidam gestus orationis, eas sine  
sententiis, sc̄ptari tā est ridiculum, quam  
querere habitū gestumq; sine corpore.  
Non sunt etiam nimis pensandæ. Scien-  
dum verò in primis quid quisq; in orā-  
do postulet locus, quid persona, quid  
rēpus Maior enim pars harum figurarū  
posita est in delectatione: vbi verò atro-  
citate, inuidia, miseratione pugnandum  
est

est, quis feret contra positis, & pariter  
cadentibus, & consimilibus irascentem,  
fleantem, rogantem? cum his rebus cura  
verborum deroget affectibus fidem; &  
ubicumque ars ostentatur, veritas abe-  
se videatur.

*De figuris sententiarum.*

## C A P. XXX.

**N**unc res ipsa monet, ut deinceps  
ad sententiarū exornationes trā-  
seamus. Est autē sententiarum exorna-  
tio, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus  
quandam habet dignitatem: Atq; ea de  
causa sententiarum ornamenta maiora  
sunt. Quo genere, quia pr̄stata omnibus  
Demosthenes, idcirco à doctis Orato-  
rū est princeps iudicatus. Schemata vo-  
cant Græci, quæ maximè ornent ora-  
tionem, eaque, ut definitio demonstrat,  
non tam in verbis pingendis pondus  
habent, quam in illuminādis sententijs.  
Nec aliud quidquam est dicere, nisi om-  
nes, aut certè plerasque aliqua specie  
illuminare sententias.

**I**n terrogatio figura est, quoties non  
sciscitādi gratia assumitur, sed instādi.  
Quousq; tandem abutere, Catilina, pa-  
tientia nostra? & Patēre tua consilia nō  
sensis? Et totus deniq; hic locus. Quāto

Cic. I. de

Orat. &amp;

in Orat.

Quin. lib.

9. cap. 5.

Ant. ad

Her. li. 4.

Rufinian.

Aquila,

&amp; Rutti-

lius.

ερωτησις.

Invent. I.

enim magis ardet, quā si diceretur; Diu  
abuteris patientia nostra:& Patent tua  
consilia. Interrogamus etiam, quod ne-  
gari non possit. Cicero pro Cluentio:  
Dixitne tandem causam C. Fidiculanus  
Falcula? Aut ubi respondendi difficilis  
est ratio, ut vulgo uti solemus: Quomo-  
do? Qui fieri potest? aut inuidiae, aut mi-  
serationis, ut Sinon apud Virg.

*Proclus.**Aene. 2.*

*Neu qua nunc tellus, inquit, qua me  
equora possunt*

*Accipere?**Aeneid. 1. Conuenit etiam indignationi.*

*Et quisquam numen Iunonis adores  
Praterea?*

*Et admirationi.*

*— Quid non mortalia pectora cegi,  
Auri jacea famae?*

*Aeneida. 5. Est interim acrius imperandi genus.*

*Non arma expedient, totaque ex urbe  
sequentur.*

*Et ipsi nosmet rogamus: Quale est illud  
Turni apud Virgilium.*

*Aeneid. 7. Quid agam? cuique iam satiu imma de-  
hiseat*

*Terra mihi?*

*R Espōlio figura est cūm aliud inter-  
rogāti, ad aliud, quia sic utilius sit,*

occurritur: cum augendi criminis gratia, ut testis in reū rogatus an à reo fustibus vapulasset. Et innocens, inquit? Tum declinandi, quod est frequentissimum: Quæro an occideris hominem? respondetur, latronem.

**S**Vbie&ctio est, cū orator vel interro- *Anælogia*  
gat seipsum, & respōdet sibi: vel cūm *Pro Lig.*  
alium rogauerit, non expectat respon-  
sum, vt Cicero pro Ligario: apud quem  
igitur hoc dico? nempe apud eum qui  
cum hoc sciret, tamen me antequam vi-  
dit, Reipublicæ reddidit. Et domus tibi  
deeras? at habebas: pecunia superabat? at  
egebas. Sunt autem interrogandi, &  
respondendi sibi non ingratæ vices.

**A**Nteoccupatio, quā Quintilianus *In Orat.*  
præsumptionem, Græci prolepsin  
dicūt, est cūm id quod obisci potest, oc-  
cupamus. Huc pertinet illa Ciceronis  
præmunitio cōtra Qu: Cæciliū, quod  
ad accusandum descendat, qui semper  
defenderit. Verborum quoque vis ac  
proprietas cōfirmatur vel præsumptio-  
ne: Quamquam illa non pœna, sed pro-  
hibitio sceleris fuit; vel reprehensione,  
quam alij correctionem appellant.

**C**orrectio est quæ tollit sententiā aliquam, & eam alia, quæ magis idonea videtur, emendat, & corrigit. Cicero: Italiam ornare, quam domum suā maluit: quamquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior. Est etiā Correctio in verborum exornationibus, de qua suprà dictum est.

**D**ubitatio est, cum querimus unde incipiendum, ubi definitum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit. Eiusmodi exemplis plena sunt omnia, sed unum interim sufficit: Cicero pro C. Acc. pro Cluentio: Et quidem quod ad me attinet, quò me vertam, nescio. Negem fuisse infamiam iudicij corrupti: & quæ sequuntur, &c. itaque quò me vertam nescio, &c. quid agam, iudices? quò accusationis meæ rationem conferam? quò me vertam?

**C**ommunicatio nō procul abest à dubitatione, cum aut ipsos aduersarios consulimus. Cicero: Tu denique Labiene quid faceres tali in re ac tēpore cùm ignauit ratio te in fugam. atq; in latebras impelleret, improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret, consules ad patriæ salutem, ac liber-

tatem vocarent; quam tandem autho-  
ritatem, quam vocem, cuius sectā sequi,  
cuius imperio parere potissimum velles?  
Aut cū iudicibus deliberamus, vt Cato,  
Si vos in eo loco essetis, quid aliud fe-  
cissetis? Et Cicero. Nunc ego Iudices iā  
vos consulo, quid mihi facienda putetis, id enim consilij mihi profecto taciti  
dabitis, quod egomet mihi necessariō  
capiendum intelligo.

I. In Ver.

**P**rosopopœia est personarū ficta in-  
ductio, vel grauissimum lumen au-  
gendi: hac & aduersariorum, & nostros  
cum alijs sermones, & aliorum inter se  
credibilitet introducimus, & suadendo,  
obiurgādo, querēdo, laudando, miseran-  
do personas idoneas damus. Quin mor-  
tuos excitare in hoc genere dicendi cō-  
cessum est: Vrbes etiā, populiq; vocem  
accipiūt: in quibus hoc modo melior fit  
figura: Etenim si mecū patria, quæ mihi  
vita mea multò est charior, si cūcta Ita-  
lia, si omnis Respub. sic loqueretur, M.  
Tulli quid agis? & quæ sequuntur. Sed  
magna quædā vis eloquentiae desidera-  
tur. Falsa enim & incredibilia natura ne-  
cessitatem est, aut magis moueant, quia supra  
vera sunt, aut pro vanis accipiātur, quia Gracch.

Ægrotatio-  
noiesia.4. Ad Her.  
Sermoci-  
natio 4 ad  
Her. con-  
formatio.

Inuent. 8.

Æneid 4.

Varron-  
ianus.  
Mártir.

*diuers. La.* vera non sunt. Formas quoq; singimus  
*Quin. lib.* sape, ut fatae Virg. ut voluptatis ac vir-  
*g. cap. 2.* turis (quemadmodū à Xenophonte tra-  
*Cicer. pro* ditur) Prodicus: ut multarum aliarum  
*Lig. pro* rerum, Ouidius.

*Mil.*

**A** Postrophe est auersus à iudice sermo, mirè autem valet, siue aduersarios inuadimus: Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? siue ad inuocationem aliquam conuertimus: Vos enim iam Albani tumuli atque luci, siue ad inuidiosam implorationem: O leges Porciæ, legésq; Semproniiæ!

*Contra Tullio*

**H** Ypotyposis, quam descriptionem Cicero appellat, & proposita quædam forma rerum ita expressa verbis, ut cerni potius videatur quam audiri: vel est rerū quasi gerantur sub aspectū penè subiectio, ut actione in Verrem septima: Ipse inflamatus scelere, ac furore in forū venit: ardebāt oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solūm quæ facta sint, an fiant, sed etiam quæ futura sint aut futura fuerint dicendo exprimimus. Mirè tractat hæc Cicero pro Malone, quæ facturus fuerit Clodius si Præturiā inuasisset. Hæc translatio tēporum erit verecūdior, si preponamus, talia credite

*Aut. ad Her. eſide- mōſtratio, ēr deſcri- pto de Ora. 3.*

vos intueri: ut Cicero: Hæc quæ non vi-  
distis oculis, animis cernere potestis.

**A** Positopesis, quam Cicero præcisio-  
nem non reticentiam, ut Quinct.  
existimauit, nonnulli exceptionem ap-  
pellant, & ipsa ostendit affectus, vel iræ,  
ut Virgil.

*Quos ego: sed metos prestat componere pro Mil.  
fluctus,*

Vel sollicitudinis, & quasi religionis: An  
huius ille legis, quam Clodius à se in  
uentam gloriatur, intentionem facere  
ausus esset, viuo Milone, ne dicam con-  
suēde nostriū enim omnium non au-  
des tantum dicere.

**E** Thopœia est imitatio vitæ, ac mo-  
rum alienorum: magnum quoddā  
ornamentum orationis, & aptū ad ani-  
mos cōciliandos, vel maximē, sæpè autē  
al permouendos: Cicero contra Rullū:  
Ieunū tandem magistratus tribuni ple-  
bis, concio tandem expectata P. Rulli,  
quod & princeps erat Agrariæ legis, &  
truculentius se getebat, quam cæteri.  
Iam designatus alio vultu, alio vocis  
sono, alio incessu esse meditabatus;  
vestitu obsoletiore, corpore inculto,  
& horrido, capillatior quam antè,  
barbaque maiore, ut oculis & aspectu

denunciare vim Tribunitiam, & militari Reipub. videretur.

*Eupatoris.*

*Aut. ad E.* Mphasis est, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, vel ut Cicero. est si ro definit, plus ad intelligendum, quam significatio. dixerit, significatio. Virg.

*Aeneid. 2.* Demissum lapsi per funem.

*Aeneid. 3.* Idem de Cyclope.

*Iachis que per antrum immensum.*

*Trojanorum.* Vbi prodigiosam illam corporis magnitudinem et locis spatio intelligimus.

*Sophy.*

**S**Vstentatio est figura; qua diu suspeditantur auditorū animi, atq; aliqd deinde inexpectatam subiungitur, vt in Verrem Cicero. Quid deinde? quid certes? furtum fortasse aut prædā aliquā? Deinde cum diu suspendisset iudicū animos, subiecit, quod multò esset improbus. Aliquando etiam cum expectationem alicuius rei grauissimæ Oratio concitauerit, ad aliquid, quod leue sit, aut nullo modo criminosum, descendit.

*Adagia.*

*415.*

*adagiorum.*

*Gracch.*

*Aut. ad Kullum.*

**P**Rætermissionem, vel præteritionem vulgo dicunt, quam Cicero reticentiam vocat. Ea est cum dicimus nos prettere, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maximè dicimus. Cicero in Non queror diminutionem ve-

ller.

etigalium, non flagitium huius iacturæ, atque damni. Prætermitto illa, quæ nemo est quin grauissimè & verissimè cōqueri possit: non caput patrimonij publici, pulcherrimā populi Romani possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo claustrisq; Reip. pōsitum vestigal seruare nō potuisse, eum deniq; nos agrum P. Rullo cōcessisse, qui ager ipse per se & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni restitisset: non dico hoc solū in Repub. vestigal esse, quod amissis alijs remanet, intermissis nunquam quiescat, in pace niteat, in bello non obsoiescat, militem sustentet, hostem nō pertimescat: prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reseruo. De periculo salutis, ac libertate loquor.

**L**icentia est, cùm apud eos, quos aut veteri, aut metuere debet Orator: tamē aliquid pro iure suo dicit, quod eos minimè offendat Cicero pro Ligario, Vide, quām non reformidem: vide, quāta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur quantum posterò voce contendā, ut hæc populus Romanus exaudiat: Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vi

*Occupatio  
est de Ora.*

*παρηστά  
Pro Lig.*

170 DE ARTE  
coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea  
arma profectus sum, quæ erant sumpta  
contra te.

*Quint. li.  
9. cap. 2.* **C**oncessio est, cùm aliquid etiā ini-  
quum videmur causæ fiducia pati,  
atq; cōcedere : Cic. pro Milone, Excita-  
te; excitate eum, si potestis ab inferis,  
frangatis impetum viui, cuius vix susti-  
netis furias inseptulti. Et li 2 Acc 7. Ve-  
rum esto, eripe hęreditatem propinquis,  
da Palæstritis:& lib. 5. Leuia sunt hęc in  
hoc reo crimina, motum virgarum Na-  
uarchus nobilissimę ciuitatis pretio re-  
demit; humanū. Alius ne condēnaretur,  
pecuniam dedit: vñitatum est. Non vult  
populus Rom. obsoletis criminib. accu-  
sari Verrem: noua postulat, inaudita de-  
siderat; non de prætore Sciciliæ, sed de  
cruelissimo tyranno fieri iudicium ar-  
bitratur. Sunt qui concessionem dicto-  
rum esse velint: qualis apud Cic. est. illa  
ficta defensio Verris, sit fur, sit sacrilegus,  
sit flagitorum omnium vitiorumque  
princeps, at est bonus Imperator, & fel-  
lix, & ad dubia Reipub. tempora reser-  
uandus. Sed concessio iuncta ironiæ, mi-  
ram vim habet, vt apud Virg.

*Lib. 5.  
Æneid.* 4. **Æneid. I.** sequere Italia vñis pete regna per vndas.  
¶ M̄que timoris.

*Argue tu Dræce, quando tot stragis aceruos II. Æne.  
Tencrorum tua dexira dedit.*

Pro Ela.

Et apud Cicer. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eicatos, nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam, vicissim nos pœnas, ita dijs placet, sufferamus.

**P**arenthesis, quam Quintilianus interpretationem, vel interclusionem vocat, est declinatio breuis à proposito cum continuationi medius aliquis sensus interuenit. Virgil.

Παρένθε-

σης.

Lib. 9. c. 1.

De C.

In O.

Eclog.

*Vere tuum nomen, superet modo Mantua  
nobis,*

*(Mantua ut misera nimium vicina  
Cremonæ)*

*Cātantes sublime ferent ad iyd rā Cygri.*

Hæc breuior à re digressio, plurimis fit modis, sed hoc exemplum rei declarādæ causa posuisse sit satis. Lōgiorilla digressio, quæ multis pars causæ videtur inter figuræ iudicio quorundā numerāda nō est. Verū à Cic numeratur his verbis. Et ab re non lōga digressio, in qua cū fuerit delectatio, tum redditus ad rem aptus & concinnus esse debet: exemplum

3. de  
1. Orat.  
201.

*In lib. 4.* **I**Ronia & à Quintiliano, & à Cic. in-  
accus. ter sententiarū exornationes nume-  
ratur. Differt autem ab illa, quæ tropus  
*Eἰρῶνες.* est, quod tropus breuior sit & apertior.

*Pro Lig.* At in figura totius voluntatis fictio est.  
Cicero pro Ligario, Nouum crimen C.  
Cæsar, & ante hunc diem inauditum,  
propinquus meus ad te Qu. Tubero de-  
*Lib. 5. ac-*  
*cus.* tulit, Ligarium in Africa fuisse: idq; C.  
Pansa præstanti vir ingenio, fretus for-  
tasse ea familiaritate, quæ est ei tecum,  
ausus est confiteri. Itaq; quò me vertā,  
nescio: Paratus enim veneram, cum tu id  
neq; per te scire, neque audire aliunde  
potuisses, ut ignoratione tua ad hominis  
miseri salutem abuterer. Et, quid agam,  
iudices? & quæ sequuntur.

*Rutilius*  
*ex Arist.*

**D**istributio quæ ad sententiarū exor-  
nationes pertinet, est cū aliquid in  
partes plures tribuitur, quarū vnicuiq;  
ratio deinde sua subiungitur, ut Alexā-  
dro Macedoni, neq; in deliberando cō-  
silium, neq; in præliando virtus, neq; in  
beneficio benignitas deerat. Nam quū  
aliqua res dubia accidisset, apparebat sa-

pientissimus: quum autē configendum esset cum hostibus, fortissimus: quum verò præmium dignis tribuendum, liberalissimus. In 4. ad Her. paulò aliter definitur. Distributio est, cū in plures res, aut personas certas, negotia quædā disperciuntur, neq; sit illa mentio subiectę rationis, quia sine illa fieri potest distributio, ut exempla ibi posita demonstrat, & verba Cic. in Orat. ut aliud alij tribuens disperiat.

**P**Ermissio est cū alicui rei vehamē- 4. de O  
ter confidimus, & ostendimus nos *Rutilium*  
cam tradere atq; concedere alicuius vo- ex *Hil*  
luntati, hoc modo: Sed ego iam iudices, *ride*.  
summum, ac legitimum meæ causæ ius  
omitto, vobis quod equissimū videatur,  
ut constituatis, permitto. Non enim ve-  
reor, quin etiā si nouum sit vobis insti-  
tuendum, libenter id quod postulo pro-  
pter utilitatem cōmunis consuetudinis  
sequamini. Est etiam illa permissio, cū  
aliqua ipfis iudicibus relinquimus cōsti-  
menda: nonnumquā aduersarijs quoq;  
ut Caluus Vatinio, perfrica frontē, & dic-  
te digniorē qui coniul fieres, quā Catonem.  
Quidam permissionem facto-  
rum esse volunt, ut concessionem dicto-

Quin. lib.

9. cap. 2.

rum: sed concessio, Quintiliani iudicio  
factorum est.

Δεκαΐς.

**D**e prece, quam vel obsecrationē,  
vel obtestationem alij appellant,  
est cum opem alicuius imploramus, Ci-  
cero pro Deiotaro. Quamobrē hoc nos  
primum metu C. Cæsar per fidem, &  
constantiam, & clemētiā tuam libera,  
ne residere in te vllam partem iracundię  
suspicemur. Per dexteram te istam oro,  
quam Regi Deiotaro hospes hospiti  
porrexisti: istam, inquam, dexteram non  
tam in bellis & in prēlijs, quam in pro-  
missis & fide firmiorem. Optatio est, quę  
voti alicuius præbet significationem, ut  
pro lege Manilia, Utinam quirites viro-  
rum fortium, atq; innocentū tantā co-  
piam haberemus. Et pro Rabirio, Utinā  
mihi facultatē causa concederet, ut pos-  
sem hoc prædicare: &, Philip. 9. Velle,   
dij immortales fecissent P. C. ut &c.

Αριθμ.

**E**xecratio est, qua malū alicui pre-  
camur. Cicer. pro Deiotaro: Dij te  
perdant fugitue, ita non modò nequā,  
& improbus, sed fatuus & amens es.

**E**piphonema est rei narrat̄ vel pro-  
bat̄ summa acclamatio. Virgil.

*Tanta molis erat Romanam condere gentem.*

**E**xclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis aut rei. cuiuspiam compellationem: Cic. in *Antoniū*: *O miserum me! consumptis enim lacrymis, infixus tamen pectori hæret dolor.* Idem contra Rullum: *O perturbata rationē, o libidinem refrānandā, o consilia dissoluta atque perdita.* Et in *Catilinam*, *O tempora, o mores, Senatus hoc intelligit, Consul videt, hic tamen viuit.* *Emphysis*  
*ma.* *Philip. 2.*

**S**unt & illa iucunda, & ad commen- *Quin. lib.*  
dationem cùm varietate, tum etiam *9. cap. 2.*  
natura plurimum prosunt, quæ simplicē  
quandam & non præparatam ostēdēdo  
orationē, minus nos suspectos faciunt.  
Hinc est quasi pœnitentia ducti, ut Cic.  
pro Cælio: *Sed quid ego ita graue personā introduxi? Et quibus vtimur vulgo, imprudens incidi.* Vel cum querere nos  
quid dicamus, fingimus quid reliquū est?  
Et numquid omisi? Et cùm aliqua velut  
ignoramus: Cetero in *Verrē*: *Sed carum  
genuum artificem quem? quemnam? re-*

etè admones, Polycletum esse dicebant.  
Et cùm deponimus apud memoriam  
auditoris aliqua, & reposcimus, quæ de-  
posuerimus. Hæc omnia dant orationi  
varios velut vultus. Gaudent enim res  
varietate, & sicut oculi diuersarum aspe-  
ctu rerum magis detinentur, ita semper  
animis præstāt, in quod se velut nouum  
conuertant.

Acc. 2.

**H**Æc de tropis, & ornamentis cùm  
verborum tū sententiarum dicta  
sint: in quorum numero, nominibus, vi,  
& natura explicanda vsq; adeò dissen-  
tiunt authores vel Græci, vel Latini, vt  
non modò inter se dissentiant: sed, quod  
maiis est, Cicero, qui vt ornatissimus in  
dicendo, sic in præcipiendo fuit diligen-  
tissimus. ipse sibi discrepet: Nā vt Quintilianus animaduertit, multas figuræ in  
tertio de Oratore libro posuit, quas in  
Oratore postea scripto, quoniam de illis  
mentionē non fecit, videtur repudiasset:  
Quasdam posuit inter verborum exor-  
nationes, quæ sententiæ sunt lumina:  
Quædam ne figuræ quidem sunt. Nō ta-  
mē est cur quisquā vel illū, vel alios au-  
thores hac de causa temerè reprehēdat.  
Ea enim quæ de tropis & figuris præcipi-  
possumunt

Lib. 9. c. 3.

possunt valde minuta sūt & exilia, ideoq; non multum interest, hōcne an illo modo sentias. Quā ego causam fuisse puto, cur idē Cicero strictim semper & cursim illas attigerit, & nullis nec definitionibus explicatas, nec exemplis illustratas quasi per transennam ostenderit. Iam numerus illarum nec fuit olim certus, nec verò vñquam esse poterit Cuius rei duas ego reperio causas. Altera est, quod nouæ figuræ, Quintiliano etiam authore, fieri adhuc & excogitari possant. Altera, quod tā verborū, quā sententiarum figuræ non in formas, quartū certus: sed in partes & quasi mēbria, quarum infinitior est numerus, distribuuntur. Quod optimè vidit Cice. in Topicis enim cum aliud diuisionē, aliud partitionem esse docuisset, dixissetq; non esse vitiosum in partitione, si partem aliquā prætermittat, quod idem in diuisione vitiosum est, sic deinde causam eius rei addit. Formarum enim certus est numerus, quæ cuique generi subiçcantur: partium distributio səpè est infinitior tanquam riuorum à fonte deductio. Itaque in oratoris artibus, quæstionis genere proposito, quot eius formæ sūt, subiungitur absolute, at cùm de

Lib. 9 c. 9.

ornamentis verborum sententiarumq;  
præcipitur quæ vocantur *gymata*, non  
sic idem. Res enim est infinitior: hęc es-  
se in causa puto, ut omnis hęc de tropis  
& figuris disputatio, non solum dubia  
& incerta, sed controversa etiam, ple-  
naque dissensionis semper fuerit. In  
qua ego quod simillimum veriusum  
est, sum secutus.

### *De Collocatione.*

### CAP. XXXI.

*Cic. 3. de Ora. 179. t. de Ora.* **S**equitur collocatio, quæ erit optima  
si vincat orationē efficiet, si cohæ-  
rentem, si lenem, si æquabiliter fluentē.  
In ea necessaria sunt ordo & iunctura:  
primūm igitur de ordine. Sed illud prius  
dicam, studiosis dicendi imprimis esse  
necessaria ea quæ deinceps de ordine,  
iuncturāque tradentur. Hęc enim sunt  
quæ clamores & admirationes in bonis  
oratoribus efficiunt.

### *De Ordine.*

### CAP. XXXII.

*Quin. lib. 9. cap. 4.* **O**rdinis obseruatio est in verbis sin-  
gulis & cōtextis: in singulis cauē-  
dum est, ne decrescat oratio, & fortiori  
subiungatur aliquid infirmius, ut facile-

go fur, aut latroni petulās. Augeri enim *Philip. 2.*<sup>o</sup>. debent sentētiæ & insurgere, ut optimè Cicero: Tu inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatōria totius corporis firmitate: aliud enim alio maius superuenit: At si cœpisset à toto corpore, non benè ad latera, faucēsq; descenderet. Est & aliis naturalis ordo, ut diem ac noctē, ortum & occasum dicas potiūs quām rettorum. Quādam ordine permutato fiunt superuacua, ut fratres gemini: nam si præcesserint gemini, fratres addere non est necesse. Verbo sensum claude-re, si compositio patiatur, longè optimūm est, Cicero in Verrem: Itaque ille M. Cato sapiens, cellam penariam Reipub. nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. At si id asperum erit, decori potiūs orationis erit consulendum, ut sit apud summos Gr̄cos Latinosque oratores frequentissimè: Cicero in actione eadem: Nam cūm omnium sociorum prouinciarum rationēm diligenter habere debetis, tum præcipue Siciliæ iudices, plurimis, instissimisque de causis. In oratione non sunt ad pēdes verba dimetienda ut in carmine, ideoque ex loco transferunt in locum, quo maximè congruant,

Accus. 4.

180 DE ARTE  
sicut in ædium structura saxonum fieri  
consuevit.

*De luctura.*

C A P. XXXIII.

*De Ora. 3.* *Quint. li.* *3. cap. 4.* **I**vnctura verò ut concinna, & elegans  
sit, assequemur, si verba extrema cum  
consequentibus primis ita iungemus, ut  
neque asperè cōcurrant, né ve vastius di-  
ducantur. Asperum concursum efficiunt  
consonātes illæ, quæ sunt asperiores, ut  
S, vltima cum X. proxima, ut exercitus  
Xerxis: quarum tristior, etiā si binæ col-  
lidantur, stridor est, ut Ars studiorum,  
Rex Xerxes. Hiulcam verò reddit ora-  
tionem vocalium concursus. Pessimè  
longæ, quæ easdem inter se literas com-  
mittunt, sonabunt; ut, Vito optimo ob-  
temperare: præcipuus tamen erit hiatus  
çarū, quæ cauo, aut patulo maxime ore  
proferuntur, ut Sensu humanitatis, E,  
plenior litera est, I, angustior: ideoque  
obscurius in his vitium: Minus peccabit  
qui lōgis breues subiicit: & adhuc, qui  
præponet longæ b̄euem: non tamen id  
ut ctimen ingens expauescendum est. In  
quo nescias negligentia, an sollicitu-

do sit peior. Necesse enim est, ut hic meatus impetum dicendi retardet, & ab his quæ potiora sunt auertat. Quare ut negligētia est oratoris hiulca subinde oratione vti: ita humilis est animi atq; demissi, vbiq; hoc perhorrescere. In hoc meritò quidam Isocratem, & eius discipulos, atq; præcipue Theopompum reprehendunt, quod eas literas tantopere fugerint. At Plato in populari etiam oratione crebram habet vocalium concusſionem. Cicero certè, & Demosthenes, modicè respexerunt ad hanc partem. Nam hiulca nonnunquam etiam decent, faciūntque ampliora quædam. Habet enim illa tamquam hiatus & cursus vocalium molle quiddam, quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis laborantis. Itaq; ille in oratione pro Marcello sic ait: Dolebam enim, P.C. ac vehementer angebar, cum viderem virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, nō in eadē esse fortuna, nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebā, versare me in vestro veteri curriculo, illo æmulo, atque imitatore studiorum, ac laborum meorum, quasi quodam socio à me & comite ditecto. Vn-

*In Orat.**Quint. li.**8. cap. 4.**In Orat.**p/o Mar.**Quint.lib.**6. cap. 4.*

*Quin. lib.* de aperte intelligimus crebram & ni-  
*6. cap. 4.* miam vocalium concursionem esse qui-  
dem vitandam, modicam vero, & quæ in  
loco sit, non esse reprehendendam. Vi-  
dendum etiam est, ne syllabæ verbi prioris  
vltimæ , sint primæ sequentis, quod  
Ciceroni in Epist. excidit : Res mihi in-  
uisæ, visæ sunt Brute, Et in carmine : O  
fortunatam natam me cōsule Romam.  
Etiam monosyllaba, si multa sint, male  
continuabuntur. Breuum præterea ver-  
borum, ac nominum vitanda continua-  
tio est, ne compositio minuta sit atque  
concisa. Et ex diuerso longorum: afferunt  
enim tarditatem. Illa quoque vitia sunt,  
si cadentia similiter, & similiter desin-  
tia, & eodem modo declinata multa con-  
iungantur. Nec verba quidem verbis,  
aut nomina nominibus, similiisque his  
continuari debent, cum virtutes etiam  
ipsæ tedium pariant, nisi gratia varieta-  
tis adiutæ. Illud postremo addamus hanc  
orationis quasi structuram, quæ ordine

*Cicero* in iuncturaq; constat, maximam quidem  
*Ora. 130.* desiderare diligentiam, ea lege tamen  
ne fiat copiosè Nam esset cum infinitus  
tam puerilis labor. Stylus enim exerci-  
tatus efficit facilem hanc viam compo-  
nendi. Nam ut in legendo oculus, sic ani-

mus in dicēdo prospiciet quid sequatur: ne inconditis verbis, & malè coagmētatis offendantur aures, quarum est iudicium superbissimum.

*De modo, & forma verborum.*

CAP. XXXIV.

**N**on est ex multis resvna, quę magis Oratorem ab imperito dicēdi, 3. de Ora.  
ignarōq; distinguat, quām quod ille rūdis inconditè fundit, quantum potest:  
& id quod dicit, spiritu non arte determinat. Orator autem sic alligat sententiam verbis, ut nihil inane, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil in oratione sit redundans. Hoc oratorio sit numero, qui aptam & concinnam, & suauem efficit orationem. Breuiter igitur origo, deinde causa post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptæ, ac numerosæ.

*De origine orationis numerosa.*

CAP. XXXV.

**P**rinceps inueniēdi aptam verborū, & numerosam conclusionem, fuit Thrasymachus: cuius omnia, nimis etiā, erant scripta numerosa. Isocrates autem ita scienter, moderatęque rem totam temperauit, ut multi existimarent illuna

huius concinnitatis authorem, & principem extitisse. Vbi verò hæc formandæ orationis ratio cognita, & inuēta est: sic omnibus placuit oratoribus, vt Aristoteles, quo nemo nec doctior, nec acutior, nec in rebus, vel inueniendis, vel iudicandis actior vñquam fuit, versum in oratione vetet esse, numerum iubeat. Eius auditor Theodectes in primis, vt Aristoteles sæpè significat, politus scriptor, atq; artifex hoc idem sentit, & præcipit. Theophrastus verò ijsdem de rebus etiam accuratiùs Romani Ciceronis ferè tempore agnouerunt, cùm iam anni propè quadringéti essent apud Græcos, cùm hoc probaretur. Vsque adeò autem hanc orationis conformandæ rationem ipse Cicero probauit, vt non solum eius hoc modo faciendæ, & ornandæ summus ipse artifex fuerit, sed diligentissimè etiam de tota ea re præcepit.

*Cur numerosa oratio inuenia sit.*

C A P .    X X X V I .

**Q**uoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes, authorésque quos diximus, & origo inuenta est, causa, quæratur, quæ facilis & aperta est: Aures enim vel animus potius aurium

nuncio naturalem quandam in se continet vocum omnium dimensionē. Itaque, & longiora & breuiora iudicat, & perfecta ac moderata semper expectat, mutila sentit quædam & quasi decuitata, quibus tamquam debito fraudetur, offenditur: productiora alia & quasi immoderatiū excurrentia, quæ magis etiā aspernantur aures. Cùm igitur fortuito sèpè, ut sit aliquid conclusè, apte q; initio diceretur, animos hominum aurēs q; pellebat ut intelligi posset id, quod casus effudisset, cecidisse iucundè, tunc notatū genus est. Notatio autem & animaduersio peperit artem. Itaque ut Poëtica, & versus inuentus est terminatione auriū, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, multò illud quidem serius, sed eadem natura admonēte esse quosdam certos cursus, conclusiōnesque verborum. De quarum natura, ut differere possimus, necesse est, ut de incisis mēbris, & periodo prius dicamus.

*De incisis membris, & periodis.*

C A P. XXXVII.

**I**Ncisum, est sensus nō expleto numero conclusus, plerisque pars membra. Tale enim quo Cicero utitur; *Κόμματα*.

*Membra  
κῶλα  
vocant.*

Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas: ubi incisa sūt quatuor: Erūt & singulis verbis incisa: vt diximus, testes dare volumus, incisum est, diximus. Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens, vt, O callidos homines, O rem excogitatam,

*Quintil.*

O ingenia metuenda, quem quæso nostrum fecellit, id vos ita esse facturos, O callidos homines: perfectum est, at remotum à ceteris vim nō habet, vt per se manus, & pes, & caput: &, O rem excogitatam. O ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus esse? cùm venit extrema conclusio. Quem quæso nostrum fecellit, id vos ita esse facturos? Periodum

Cic. tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationē, aut circumscriptionem dicit. Cùm temperetur autē membris omnis paulò longior circuitus, tamen aliud est cæsim & membratim, aliud circumscriptè dicere. Circumscrip̄tio enim est cùm ab initio ad finē usq; quasi in orbē inclusa fertur oratio, donec consistat in singulis perfectis absoluti q; sententijs. Cic pro lege

*Art. 3,  
Rhet. 4.  
Cicer. in  
Orat.*

Man. Quamquam mihi semper freq̄uis conspectus vester multò iucundissimus,

hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est vi-  
sus, Quirites, tamen hoc aditu laudis,  
qui optimo cuique semper maximè pa-  
tuit, non mea mea voluntas: sed vītē  
mēx rationes ab ineunte ætate suscep̄t̄  
prohibuerunt. Membratim verò dici-  
mus, cùm in singulis membris liberior  
insistit oratio. Cicero<sup>1</sup> pro Milone. Ita- Cicer. pro  
que quando illius postea sica illa, quam Milone.  
a Catilina acceperat conquieuit? Hæc  
intentata nobis est: huic ego vos objici  
pro me non sum passus: hæc insidiata  
Pompeio est. Hæc istam Appiam viam  
monumentum sui nominis nece Papy-  
rij cruentauit. Incisum verò dicimus  
cùm in singulis incisis insistit oratio.  
Cicero, in Catilinam, inuect 4. Tenen- Cicero in  
tur literæ, signa, manus, denique vniuers- Catil. 4.  
cuiusque confessio. Quomodo autem In Orat.  
cùm in incisis & membris, tum in cir-  
citu, numerus sit adhibendus, paulò  
post dicetur. Sed quia nullus extra poë-  
ticos numeros esse potest; pedes, quibus  
& poëma fit, & oratio numerosa tempe-  
ratur, ponamus: mox enim intelligitur  
inter versum & orationem numerosam  
permagnum esse discrimen.

## C A P. XXXIII.

*Quin. lib.  
9. cap 5.*

**P**edes qui duas habent syllabas, numero sunt quatuor, spondæus, Pyrrichius, Choreus, & Iambus. Spondæus est è longis duabus, ut dicunt, mores. Illi contrarius est Pyrrichius, ut nouus tulit. Choreus est, è longa & breui, ut scribit, semper. Huic Iambus est contrarius, ut legunt, reos. Triū verò syllabarum pedes sunt octo, Molossus ex tribus longis, ut dicendi, conseruant: Trochæus quem Tribrachum alij appellant, à tribus breuibus, ut facimus: Dactylus, ex longa & duabus breuibus, ut littora. Anapæstus ex duabus breuibus, & longa, ut pietas, peragunt, Bacchius ex breui & duabus longis, ut amores, Antibacchius ex duabus lõgis & breui, ut audisse. Creticus quem alij Amphimactrum vocant, ex lõga, breui & lõga, ut possident. Amphibrachus ex breui, longa & breui: ut petebat. Cic ex alijs pedibus tres tātūm ponit. Pœonas duos, & Dochimum, quibus & nos erimus contenti: nec tamen ipse dissimulat quibusdam numeros videri, non pedes, nec immeritò: quidquid enim supra tres syllabas habet, id ex pluribus pedibus est. Est igitur Pæo primus

**ex longa & tribus brevibus ut aspicite.**  
**Pæon ultimus ex tribus brevibus & lō-**  
**ga, ut facilitas, Dochimus verò ex Bac-**  
**chio constat, & Iambo, ut perhorrescet.**

*De numero oratorio.*

## C A P. XXXIX.

**Q**uid inter sit inter oratorium numerum, atq; poëticum; itēq; inter orationem, & poëma, diligenter nunc attendendum est. Numerum oratorium Græci Rhithmum, poëticum Metrum vocant. Quod etiam si constat utrumq; pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. Nam Rhithmi spatio temporum constant, pedes etiam ordine. In Rhithmo enim nihil refert Dactylusne sit, an Anapæstus, cum eodem temporum spacio uterque constet; in versu pro Dactylo poni non potest Anapæstus. Est & illud discriminem, quod metri semper idem est cursus, ut in Heroico carmine Dactyli, & Spondæi. In oratione alius atque alius numerus est adhibendus, ita ut nullus sit, qui non aliquo loco adhiberi possit. Ex his facile est intelligere, quam multum inter orationem numerosam & poëma inter sit. Versus certis legibus astrictus est, ut nihil fiat extra præscriptum: at in oratione

In Orat.  
170.

nihil est certum, nisi ut aptè verbis comprehendatur sententia. Itaq; omni, nec claudicans, nec quasi fluctuans, & ex qua-  
liter constantérq; ingrediens numerosa  
habetur oratio. Atq; in dicendo numero-  
sum putatur: non quod constat totum  
ē numeris, sed quod ad numeros pro-  
ximè accedit: quo etiam difficilis est in  
oratione vti, quam versibus, quod in il-  
lis certa quædam, & definita lex est,  
quam sequi sit necesse: in dicendo au-  
tem nihil est propositum, nisi aut ne im-  
moderata, aut angusta, aut dissoluta, aut  
fluens sit oratio. In quo illud est vel ma-  
ximum, quod versus in oratione si effi-  
citur coniunctione verborum, vitium  
est & quidem graue, ac longa animi  
prouisione fugiendū: & tamen cā consu-  
ctionē sicuti, versum numerosē cadere &  
quadrata, & perfici volumus. Quod quo-  
modo faciendū sit, deinceps explicemus.  
*In qua parte ambitus debet inisse numerus,*  
*& qui pedes maximè probentur.*

## C A P. XL.

Cicero in  
Orat.  
Quin. lib.  
9. cap. 4.

**E**ST igitur intelligendū in toto ver-  
borum ambitu numeros tenendos  
eile. Falluntur enim qui censem̄ cadere  
tantum numerosē oportere, terminariq;  
sententiam. Et si enim id maximè de-

cet, quoniam aures semper extremum expectant, in eoque acquiescunt, ad hunc exitum tamen à principio ferri debet verborum illa comprehensio, & tota à capite fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat. Et Arist quidem heroum numerum grandiorem iudicat, quam desideret soluta oratio. Iambum autem nimis è vulgari esse sermone. Ita neque humilem & abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat: plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient, ad maiorem admirationem possit traducere. Trochæum autem, quem alii Tribrachum appellant, ab oratione segregat: quia contractio, & breuitas dignitatem non habet. Ita Pæona probat, quæ orationi vel oriëti, vel mediæ, vel cadéti aptissimum iudicat. Cic. autem sentit omnes in oratione esse permixtos, & quasi confusos *In 3. de pedes.* Nec enim effugere possemus animaduersionē, si semper iisdē vteremur. *Orat. 3.* Sed Creticū, Dichoreū, Dochimū Pæo-  
nas cæteris anteporit, modò ne Dochimus iteretur, aut continuetur *In Heroo* verò Daëtyli & Anapæsti & Spondæi pede impunè progredi licere censem: duo dumtaxat pedes, aut paulò plus ne

planè in versum, aut similitudinem ver-  
suum incidamus: sit igitur permixta, &  
temperata numeris oratio, nec dissoluta,  
nec tota numerosa, Pæone maximè,  
quoniā optimus author censet, sed reli-  
quis etiam numeris, quos ille præterit,  
temperata In his quæ de demissio, atque  
humili sermone dicentur, Iābus erit fre-  
quentissimus, Pæon in amplioribus, in  
vtroq; Dactylus. Ita in varia & perpetua  
oratione hi sunt inter se miscendi, &  
reperandi. Sic minimè animaduertere-  
tur delectationis aucipiū, & quadrangulæ  
orationis industria. Necverò nimius hic  
cursus numerorum esse debet: id enim  
in dicēdo numerosum putatur, nō quod  
totū constat ē numeris, sed quod ad nu-  
meros proximè accedit. Nullus enim pes  
est, qui non aliquando veniat ad orat o-  
nem. Miscendi ergo sunt, curandūmque  
ut sint plures, qui placeant, circumfusi  
*Cicer. pro Mar.* bonis, deteriores lateant. Cic. pro Mar.  
*Iar.* Nullum est tantum flumē ingenij, nulla  
dicendi, aut scribendi tanta vis, tantāq;  
copia, quę non dicā exornare, sed enar-  
rare, C. Cæsar, res tuas gestas possit: ta-  
men hoc affirmo, & hoc pace dicam tua,  
nullam in his laudem esse ampliorem,  
quam eam, quam hodierno die con-  
sequutus

sequutus es. In hac periodo sunt quidē  
alii pedes, sed qui eam iucundissimam  
efficiunt sunt Cretici, Dochimus, Pæon,  
Dactyli, & Spondæi.

*De initio periodi.*

## CAP. XL I.

**C**lausulas diligentius quam cætera *Rhet. 3.*  
**O**mnia seruandas esse inter omnes *cap. 4.*  
cōuenit, quod in his maximè perfectio, *Cicero*  
atq; absolutio iudicatur. Proximam au  
tem clausulis diligentiam initia postu  
lant. Nā & ad hæc intentus est auditor.  
Optimè hæc nascitur à proceris nume  
ris, ac liberis, maximè Dactylo, & Pæone  
priore, quem idem authot ut optimum  
probat. *Cicero* molliissimum quidem  
numerum, eumdemq; amplissimum esse  
fatetur, sed *Creticū* anteponit. *Anapæ  
stus* etiam qui Dactylo est spatio par,  
ordine cōtrarius, rectè orationē incipit *Pro lege*  
*Manilia*.  
*Cicero* pro lege *Manilia*: Quamquam  
mihi semper frequens conspectus ve  
ster. Exorsus est à Spondæo, Anapæ  
sto & Cretico. Et in eadem oratione:  
Testis est Italia: à Cretico, & ita tantum  
bellum: ab Anapæsto & Spondæo, &:  
Qui Siciliam adiit: à Pæone priore. Ini  
tia versuum initiis orationis non cōue  
niūt, & si *Titus* *Liuius Hexametri* exot

dio cœpit. Facturū sine operæ pretium sim. Dochimus quo quis loco aptus est, dum semel ponatur : iteratus, aut continuatus numerum apertum, & nimis insignem facit. Cicero de lege Agraria : Est illud amplissimum, quod paulò ante cōmemorauī, Quīritēs. Vbi à Spondæo & Dochimo ducitur initium.

*De lege  
Agrar.*

*De fine periodi.*

C A P. XLII.

**I**N extremo autē circuitu duo aut tres sunt ferē seruandi, & notandi pedes, quos, aut Choræos, aut spondæos, aut alternos esse oportebit. Asia geminatum Choræū qui dichoræus vocatur, maximè secura est. Cadit autē ille præclare: sed in orationis numero nihil est tā vitiōsum quam si semper est idem Spondæus est in clausulis firmus & stabilis, quo plurimum est usus Demosthenes. Pæona alterū orationi cadēti aptissimū putat Aristoteles, quē Cicero non rejicit, sed aptiorē eo loco iudicat Creticū: Qui siue geminetur siue Spōdēū præcedat, multum decoris habet in clausulis. Cic. pro Mīr. Pristino more dicēdi: Creticus est geminatus, & Spōdæus: & cōseruatam, ac restitutam puto, Spondæus & duo Cretici. Et, nec vlla vñquā ætas

de tuis laudibus cōtic escet: Duo Cretici, & Dichoreus. Optimē etiam est sibi iūctus Anapæstus. Cic. Nihil habet nec fortuna tua melius quā ut possis: nec natura tua melius quam ut velis cōseruare quam plurimos. Ne Iambus quidē, aut par Trochæus, aut etiā Dactylus, si est proximus à postremo, paucū volubiliter peruenit ad extremū, si est extremus Choræus, aut Spondæus, nunquā enim interest uter sit eorum in pede extremo. Sed ijdem tres pedes malè concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro Cretico postremus est Dactylus: nihil enim interest, Dactylus & extremus, an Creticus: quia postrema syllaba brevis, an lōga sit, in versu quidem refert: Est & Dochimus stabilis in Philip. 1. clausulis, & seuerus, Cic. in Antonium, Te miror, Antoni quorum facta imitare, eorum exitus non perhorrescere. Multæ sunt aliæ clausulæ, quæ numerose & iucundè cadunt, quas diligentissimè ostendit Quintilianus. Etiā intelligendum est clausulas versuum non cōuenire clausulis orationis, quod Bruto excidit. Quamquam sciunt placuisse Catoni, & vitandum esse, ne plurium syllabarum verbis viatutur sāpē in fine,

quod etiam in carminibus est permolle. Non desunt enim qui Ciceronem vituperent in his: familiaris cœperat esse balneator. Et pro Cælio, non minus dura Archipiratæ: Nec illud quidem præterendum est, clausulas maxime appetere, & intelligi, quod aures continuam vocem secutæ, ductæq; velut prono de currentis orationis flumine, tum magis iudicent, cum ille impetus stetit, & intuendi tempus dedit. Variandæ sunt igitur, ne aut animorum iudicio repudientur, aut aurium satietate. Hoc vicissitudines numerorum efficient, qui præstabant, ut neque ij satientur qui audient, fastidio similitudinis, nec orator id quod facit opera dedita, facere videatur.

*De media periodo.*

## C A P . X L I I I .

3. de Ora.

Quān. lib  
9. cap. 3.

**S**i primi & postremi illi pedes sūt hac ratione seruati, medij possunt latere: modò ne circuitus ip'se verborū sit, aut breuior, quā aures expectent, aut largior quam vires atq; anima patiatur. Verum medijs non ea modò cura debet esse, ut inter se cohærent, sed ne pigra ne longa sint: ne, quod maximum vitium est, brevium contextu resultent, ac sonum

reddant penè puerilem crepitaculorum, Nam vt initia clausulaeque plurimū momenti habent, quoties incipit sensus, aut definit; sic in medijs quoque sunt quidam conatus, qui leuiter intersistunt, vt currentium pes, etiam si non moueat, tamen vestigium facit. Itaque non modò membra, inciso pede incipere, atque cludi decet, sed etiā in ijs, quae non dubitate contexta sunt, nec respiratione ventur, spiritum sustinemus; quis enim dubitet unum sensum, & unius spiritus: animaduerti, iudices, omnē accusatoris orationē in duas diuisam esse partes. Tamē & duo prima verba, & tria proxima, & deinceps duo rursus ac tria, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes: sicut apud rhythmicos estimatur haec particule, prout sunt graues, acres, lētes, celeres, remissæ, exultantes. Proinde id quod ex illis conficitur, aut seuerum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solutum erit. Pœonem quidē vt orienti, sic etiam mediæ orationi aptum esse M. Tullius fateatur. Idem Dochimum quoque loco aptum esse confirmat. Creticos etiam & Bachios nonnulli meritò in hac parte laudant. Fluit autem omnino numerus à primo, tum incitatus brevitatem pediu,

In Orat.

tum proceritate tarditus. Quare si orationem ferri celerius volumus, crebros Trochæos & Iambos inseremus: si lentius incedere, Spondæos frequenter interponemus: si moderatius ingredi, ijs pedibus utemur, qui breuibus, longisve syllabis temperantur: cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem.

*De his que suapte natura numeroſa ſunt.*

C A P. X L I V.

*In Orat.*

*Pro Mol.*

**A**liquando suapte natura numeroſa ſunt, quæ dicuntur, etiam ſi nihil factum eſt de induſtria. Cum enim ſunt caſus in exitu ſimiles, aut paribus paria referuntur, quaſi ſua ſponte concinnitatem habet oratio, vt in illo Ciceronis pro Milone: Eſt enim, Iudices, hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: tum ex natura ipſa arripuit: hauiſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti, non instituti, ſed imbuti ſumus: Hæc enim talia ſunt, quia referuntur, ad ea quæ debent referti: intelligamus, non quæſitum eſſe numerum, ſed ſecutum. Quod ſit item referendis contrarijs. In hoc genere Cicero frequens eſt, vt illa

sunt in quarto accusationis, Conferte  
hac pacem cum illo bello: huius præto-  
ris aduentum cum illius Imperatoris  
victoria: huius cohortem impuram cum  
illius exercitu inuicto: huius libidines cu  
illius continentia: ab illo, qui cœpit cō-  
ditas, ab hoc qui constituas accepit: ca-  
ptas dicetis Syracusa, quæ venustissima.  
Semper enim hæc, quæ à Græcis anti-  
theta nominari suprà diximus cum de  
figuris ageremus, numerum oratorium  
necessitate ipsa efficiunt, & cum sine  
industria.

*Acc. 4:  
in Verrem.*

*Quæ vitia sunt vitanda in oratione  
numeroſa.*

## C A P . X L V .

**H**Æc tamen vitia in tota hac re di-  
ligentissimè sunt vitanda, in pri-  
mis ne apertè verba traijcantur, quò  
melius aut cadat, aut voluatur oratio:  
deinde ne inania quædam verba quasi  
commenta numerorum includātur: ter-  
tiò ne minutis numeris concidatur, in-  
fringatúrq; sententia. Sed verba iā pro-  
bata, & electa concinnè coagmententur.  
Nam vel dura inter se cōmista potiora  
sunt intilibus. Multa sunt autem, quæ

*Quin. lib.  
6. cap 4.*



ijs vitijs declinatis, numerosè compo-  
nendi laborem minuant. Sunt enim  
multæ figuræ, quibus & casus & numeri  
possint variari. Sunt multa etiam, quæ  
idem valent atque significant, ex quibus  
exercitati facile illud eligunt, quod in-  
stitutæ verborum comprehensioni ma-  
xime quadrat.

*De magnitudine ambitus.*

C A P . X L V I .

**H**Abet autem periodus membra  
minimum duo, sæpè etiam & tria.  
Cic. pro lege Manilia: Nam cum antea  
per ætatem nondum huius authoritatē  
loci contingere auderem: statuerémq;  
nihil hne, nisi perfectum ingenio, elabo-  
ratum industria afferri oportere: omne  
meum tempus amicorum temporibus  
transmittēdum putaui. Cicero eum am-  
bitum mediocritatem habere ait, qui  
quatuor fere membris constat. Nam &  
aures implet, & nec breuior est, quam  
satis sit, nec lōgior. Vult autē, ut è qua-  
tuor, quasi hexametrōrum versuum instar  
quod sit, constet ferè plena comprehen-  
sio. Eius generis est illud pro Milone,  
Ego cum tribunus plebis Republica  
oppressa me senatui dedissem, quem  
extinctum acceperam: equitibus Roma.

*Pro Mi.*

nis , quorum vires erant debiles : bonis viris , qui omnem autoritatem Clodianis armis abiecerant : mihi vñquam bonorum præsidium defuturum putarem . Debet autem periodus sensum concludere : sit etiam aperta , vt intelligi possit : & non immodica , vt memoria contineri possit .

*De numero qui est in membris , & cuiusmodi ea esse debeant .*

C A P . XLVII .

**Q**uid sit membrum , quid incisum , quid ambitus antea dictum est . Illud etiam est explicatum , aliud esse circumscrip̄tē , aliud membratim dicere . Illic enim circumscribitur verborum cōprehensio donec in clausula tandem cōsistat : hic in siugulis membris oratio insistit , quod in pronūtiādo magnopere reficit spiritum : vnde sit , vt oratio , quā membris carpimus , longior multò esse possit , quam ea , quæ cōstant circuitu . Ita vt aliquando ad quindecim , aliquando ad viginti membra excurrant . Cic . pro Milone : Occidi , occidi , non Spurium Melium , & quæ sequuntur . Nihil autem tā debet esse numerosū quā hoc quod minimè apparet , & valet plurimum . Spondēum hic Cicero vehementer cōmen-

dat. Nam et si quod est de lōgis duabus, hebetior videtur, & tardior: habet tamē stabilem quandam, & non expertem dignitatis gradum: in incisionibus verò multò magis, & in membris: paucitatem enim pedum, gravitatis suę tarditate compensat.

*In quo scribendi genere circumscriptiè, in quo sū membratim dicendum.*

C A P. XLVIII.

**I**N historia, laudationibus, totóq; eo genere quod Græci Ε̄μδιπνού nominant, quod quasi ad inspiciendum delectionis causa comparatum sit, omnia Ilocrateo, Theopompeoque more, illa circumscriptione & ambitu dicēda sunt, ut rāquā in orbe inclusa currat oratio. Itaq; posteaquā est cognita hæc vel circumscriptio, vel cōprehensio, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsitorationē, eius generis, quod esset ad delectionē comparatum, remotūmq; à iudicijs forēsiq; certamine, quin redigeret omnes in quadrū numerūmque, sentētias. Genius autem hoc orationis nec totū assūmeadū est ad cōtentiones, & causas veras, nec omnino repudiandum. Si enim semper utare, cùm satietatem affert, nū

quale sit ab imperitis etiā cognoscitur. Detrahit præterea actionis dolorē , au- fert humānū sensum actoris, tollit fun- ditus veritatem & fidem. Sed quoniam adhibenda nonnunquam est , primū videndū erit quo loco, deinde quandiu retinenda sit, tum quot modis cōmutāda. Adhibenda est igitur numerosa ora- tio, si aut laudandū est aliquid ornatius, vt Cic. in accusationis secundo de Sici- liæ laude dixit, aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis, desiderat, quam doloris, vt in quarto accusationis idem Ci- cero de Syracusatum situ dixit. Est etiā apta procœmijs maiorum causarum, vbi sollicitudine, miseratione, cōmendatio- ne res eget. Sæpè etiam in amplificanda re, cōcessu omnium funditur numerosè & volubiliter oratio. Id autē tum valet, cùm is qui audit ab oratore iā obseßus est, ac tenetur. Non enim id agit, vt in- fidiantem obseruet: sed iā fauet, proces- sumq; vult, dicendiq; vim admirans, nō inquirit quod reprehendat. Hæc autem forma perorationes quidem includit, sed in reliquis orationis partibus reti- nenda non diu est. Nam cùm locis su- pradicatis ea fuerimus vñi, tota dictio est ad incisa, & membra transferenda.

Incisim autem & membratim tracta oratio in veris causis plurimum valet, maximèque his locis, cùm aut arguas, aut refellas.

*Qua ratione paretur hac facultas aptè & numerosè dicendi.*

*Cicero in Orat.* **H**Æc autem facultas aptè, atq; nu-

merosè dicendi, nō est tanti laboris quanti videtur. Nec ideo hæc tractatur à summis viris, vt oratio, quæ ferri debet ac fluere, dimittendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenescat. Satis enim in hoc oratorem formabit multa scribēdi exercitatio, vt ex tēpore etiam aptè, numeroséq; dicat. Antè enim circūscribitur mente sententia, cōfestimq; verba concurrunt, quæ mens eadē, quo nihil est celerius, statim dimittit: vt suo quodq; loco respondeat: Quōd si Antipater ille Sidonius solitus est versus Hexametros, aliōsq; varijs modis, ac numeris fundere ex tēpore, tantūq; hominis ingeniosi, ac memoris valuit exercitatio, vt cùm se mente ac voluntate conieccisset in versum, verba sequerentur; quantò id facilius in oratione, exercitatione, & consuetudine adhibenda, consequitur? Nihil enim est tam tenerū neq; tam flexible, neq; quod tam facile

sequatur, quocumque ducas, quam oratio. Ex hac versus, ex eadem disparem numeri conficiuntur: ex hac hæc etiam solata varijs modis, multorumq; generum oratio. Et ut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, sic orationis genus ad omnē rationem, & ad aurium voluptatem, & animorum motū facile mutatur & vertitur. Neminem itaq; Pæon aut Creticus ille, aut Ditho- reus conturbet, ipsi occurrent orationi; ipsi, inquam, se offerent, & respondebūe non vocati, consuetudo modò adsit scribendi hoc modo, atq; dicendi. Ut enim Musici accuratè primò, & cogitatè suæ artis præscripta, & formulas obseruant, at vbi usus accessit, sine cogitatione etiā & cura, eadem illa incredibili celeritate efficiunt: sic vbi orator hoc modo scribere initio consueuerit, sine ullo labore posteā similiter scribet ac dicet.

*Quanti momenti sit aptè dicere.*

C A P. L.

**Q**uantum autem sit aptè dicere, ex- Cicero in periri licet, si aut cōpositi Orato- Orat. ris benè structā collocationē dissoluas, Quin. lib. permutatione verborum: corruptetur 9 cap. 4.

Hic locus enim tota res; ut hęc Ciceronis in Cor-  
est apud neliana; neq; me diuitiæ mouēt, quibus  
Cicero in omnes Africanos & Lælios , multi ve-  
Ora. nam malitij mercatorésq; superarunt; immu-  
Cornelia- ta paululum , vt sit:multi superarunt  
na non ex- mercatores, venalitiūq;, perierit tota res.  
tat.

Et quæ sequuntur: Neq; vestis, aut cæ-  
latū au:ū & argētū, quo nostros veteres  
Marcellos, Maximosq; multi Eunuchi è  
Syria Ægyptōq; vice:ūt Verba permu-  
ta. sic , vt sit:vicerunt Eunuchi è Syria,  
Ægyptōq;. Adde tertīū; Neq; verò or-  
namēta ista villarū, quibus L.Paulū, &  
L Mūmum, qui rebus his vrbē Italiāq;  
refarterunt , ab aliquo vides perfacile  
Diliaco aut Syro potuisse superari : fac  
ita, potuisse superari ab aliquo Syro aut  
Diliaco. Vidēsne vt ordine verborum  
paulum cōmutato, ijsdem verbis stante  
sententia , ad nihilum omnia recidant,  
cū sint ex aptis dissoluta? Aut si alicuius  
incōditi arripias dissipatā aliquam sen-  
tentia eamq; ordine verborum paulum  
cōmutato inquadrum redigas, efficiatur  
aptū illud, quod fuerit antea dissoluēs, ac  
solutū. Agè sume de Graccho apud cen-  
fores illud, abesse nō potest, quin eiusdē  
hominis sic probos improbare, qui im-  
probos probet. Quantō aptius sita di-

xisset: Quin eiusdem hominis sit qui improbos probet, probos improbare? Hoc modo dicere nemo vñquam noluit: nemóq; potuit quin dixerit. Quin autem aliter dixerunt hoc assequi nō potuerūt. Res autē se sic habet, breuissimè dicam, quod sentio, cōpositè & aptè sine sententijs dicere, insania est: sententio: è autē sine verbōnī & ordine & modo, infatia: sed huiusmodi tamen infantia, vt ea, qui vñatur, nō stulti homines haberi possint, etiam plerumq; prudentes: quo, qui est cōtentus, vñatur. Eloquens verò, qui nō approbationes, solū, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, vt ei turpe sit quicquā aut spectari, aut audiri libentiū. Hæc Cic. in Oratore. Quare cū Aristoteles, qui auream fundit flumē orationis: cūm Theophrastus qui à diuinitate loquēdi nomē inuenit: cūm Isocrates, quem eloquentiæ patiē Cicero appellat: cum Demosthenes, cui sine dubio summa vis eloquentiæ conceditur: cum Cicero, qui primus cūm Græcorum gloria Latinè dicendi copiā exequauit: hanc eloquentiæ partem tanti fecerit, eam nobis summa debemus industria, summo etiam studio cōparare.

*De tribus generibus dicendi.*

## C A P . L I .

**Cicero in Orat.** **P**Erspicum est aliud dicēdi genus in paruis causis, aliud in modicis, aliud in graibas desiderari. Nec solum varia in **Quin. lib.** causæ varium dicendi genus efflagitant: sed diuersæ orationis partes diuersam quoque orationis formam postulant: Quod cām ita sit, quid sint genera dicendi, & in quibus tum causis, tum orationis partibus ea sint adhibenda, dicamus. Tria sunt igitur dicendi genera, in quibus omnibus peræque debet florere excellens & perfectus orator. Vnū sub-

**Cicero in Orat. 49.** tile, acutum & tenue: Alterum vehemēs, copiosum, graue: Tertium est interiectum, intermedium, & quasi temperatū: in quo neq; est acutē superioris generis, nec vis posterioris Cūm autem oratoris tria sint officia, docere, mouere, & delectare: subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in fletedo versatur. In genere subtili forma debet esse orationis à vinculis numerorū libera & soluta: non tamen vaga, vt ingredi liberè non vt licenter videatur erare. Diligentia enim coamentandi verba prætermittenda est, & omnis insignis

**Quin lib. 14.c.10.**

**In Orat. 468.**

**In Orat. 461.**

signis ornatus remouendus. Ponentur tamen acutæ crebræque sententiæ : ornamenti verborum & sententiarum cum tropis verecundè parcéq; adhibebuntur : translationes tamen poterunt esse crebriores , nec tam crebræ tamen, quā in genere dicēdi amplissimo. Genius temperatum vberius est aliquanto & robustius, quām hoc humile, de quo dictum est: summissius autem quām illud, de quo dicetur, amplissimum. Huic omnia dicendi ornamenti cōueniunt, plurimumq; est in hac oratione suavitatis. In idem verborum cadunt lumina omnia, multa etiā sententiarum. Hoc in genere nerorum, vel minimum; suavitatis autem est vel plurimū At illud amplū, graue, copiosum , ornatū, vim profectō habet vel maximam : modò enim perfringit , modò irrepit in sensus , inserit nouas opiniones, euellit insitas. Hic Ora-  
 tor & defunctos excitabit, vt Appium *In Orat.*  
*Cecum.* Apud hunc & patria ipsa clama- *pro Cael.*  
 bit, aliisqueq; (vt apud Ciceronē in Ora- *Orat. 1.*  
 tione cōtra Catilinā in senatu ) alloque- *Philip. 2.*  
 tur. Hic & amplificationibus extolleret  
 orationē, & vi superlationum quoq; eri-  
 get, vt, Quæ Charybdis tam vorax ? &  
 Oceanus medius fidius ipse: hic iram, hic

210      DE ARTE  
misericordiam inspirabit: hic dicet, Te  
vidit, & fleuit, & appellauit, & per omnes  
affectus tractatur. His tribus generibus  
vtetur orator ut res exiget, nec pro cau-  
ſæ modo, sed pro partibus causæ. Magni  
igitur iudicij, summae etiam facultatis  
esse debebit moderator ille, & quasi tē-  
perator huius tripattitæ varietatis Nam  
& iudicabit, quid cuique opus sit: & po-  
tērit, quocumq; modo postulabit causa,  
dicere. **A**d causas tenues, cuiusmodi est  
causa pro Cęcinna, submissum: ad gra-  
ues, qualis est Rabirij, vehemēs: ad me-  
diocres, ex quo genere est pro lege Ma-  
nilia, temperatum dicendi genus accō-  
modandum est. In eadem etiam oratio-  
ne ad conciliandum quidem mediocre;  
ad docendū verò atq; probandum sub-  
tile & enucleatum; ad mouendum, gra-  
ue debet adhiberi. Est enim eloquentis  
proprium parua summisse, modica tē-  
peratè, magna grauiter dicere Multum  
etiam refert quę sit persona eius qui di-  
cit, & eorum qui audiūt Non enim om-  
nis fortuna, non omnis honos, non om-  
nis auctoritas, non omnis, ætas, nec ve-  
rò locus aut tempus aut auditor omnis  
codem aut verborum genere tractādus,  
est aut sententiarum. In omnibus etiam

rebus vidēdum est quatenus. Et si enim suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum: vnde sit ut eloquentiae, sicut reliquarum rerum fundamenrum sit sapientia. Hęc de eloquutione dicta sint. Nūc quoniā omnia cōformādæ & expoliēdæ orationis p̄cepta exposita sunt, ordine, ut instituimus, ad memoriam transeamus.

*De Memoria.*

## C A P. L I I.

**M**emoria artem primum omnium instituisse ferūt Chium Simoni- *Cice. 3. de Orat. 53. Quin. lib. 16. cap. 2.*  
dem. Cūm enim celebri & frequenti conuiuio interesset, de triclinio egressus est Ego egresso tricliniū supra conuiuias corruit, atq; ita contudit, vt cū eos humare vellent sui, non possent obtritos internoscere vlo modo. Tunc Simonides dicitur ex eo, quod meminisset, quo eorum loco quisq; cubuerat; demonstrator vniuersuisq; sepeliendi fuisse. Ex hoc Simonidis facto notatum videtur, iuuati memoriam signatis animo sedibus. Quod suo quisq; etiam experimento credere potest. Nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa agnoscimus tantum, sed etiam quæ

**D E A R T E**  
in ijs fecerimus, reminiscimur personęq;  
subeunt, nonnumquā tacitæ quoq; co-  
gitationes in animū reuertuntur.

*An memoria sit eloquentiæ ars.*

**C A P. L I I I .**

**E**TIAM si memoria eloquentiæ cum alijs artibus sit cōmunis, tamen artificiosa memoria oratoriæ artis meritò pars existimatur. Nesciretur enim quanta vis eius esset, quanta diuinitas, nisi in hoc lumen orandi vim extulisset. Non enim rerum modò, sed etiam verborum ordinem præstat; nec ea pauca contexit, sed propè in infinitum, ita ut in longissimis actionibus priùs audiendi patientia, quā memoriat fides deficiat. Nō immeritò igitur thesaurus eloquentiæ dicitur, cum exemplorum, legum, sapienter dictorum, benęq; factorum velut quasdam copias, quibus abundare, quásq; in promptu semper habere debet Orator, incredibilis eius vis repræsentet.

*De artificio memorie.*

**C A P. L I V .**

**A**RTIFICIUM igitur memoriat à veteribus traditum, locis cōstat & imaginib;: Itaque his, qui hanc ingenij partē exercent, loca multa prius animo

capienda sunt spacioſa, multa varietate  
signata, illuſtria, explicata modicis in-  
teruallis, ut ædium ferè magnarum, aut  
alterius ædificij. Hæc animo diligenter  
ſunt affigenda, ut ſiae cunctatione, ac  
mora partes eorum omnes cogitatio  
poſſit ordine percurrere. Plus enim quā  
firma debet eſſe memoria, quæ aliam  
memoriam adiuuet: Tum ea, quæ fue-  
rint scripta, vel cogitatione comprehen-  
ſa, ordine his locis ſunt commendanda,  
ſignis, quæ memoriam eorum excitant,  
notata. Ita fiet ut res ordine teneantur.  
Exempli gratia, ſi ſit de nauigatione, re  
militari, & agricultura dicendum, nauigati-  
onis anchora, rei militaris gladius  
vel ſpeculum, agriculturæ ſpicæ vel ſimi-  
le aliquid imago eſſe potest. Hæ imagi-  
nes ſupradictis locis ordine ſunt cōmit-  
tendæ. Deinde, cum repetenda fuerit me-  
moria, incipies ab initio loca recensere,  
& quid cuiq; credideris reposces. Imago  
enim cuiusq; admonebit, ut quamlibet  
multa ſint, quorum meminiffe oporteat,  
ſint ſingula connexa quodam choro. Sic  
enim fit ut ordinem rerum & locorum  
ordo cōſerueret, res autē ipsas reū effigies  
notent. Utendum eſt autem imaginibus  
aliquid agentibus, acribus, inſignitis,

quæ occurrere celeriterque percurrere animū possint. Loca quæ assūperis, egregiè, commoditerq; notare oportebit, ut perpetuò hærere possint. Nam imagines pro rerum varietate subinde sunt mutādæ, at loca perpetuò remanere debent.

*Quid conferat hoc memoria artificium.*

C A P. L V.

**V**T ad quædam prodelle hoc nō est negandum, ut si rerū nomina multa per ordinem audita reddēda sint, vel res diuersæ ordine complectendæ: sic in ediscēdis orationis perpetuæ verbis nihil ferè prosunt. Singulorū enim verborum imagines memoriae mandare, & inutile esset & infinitum. Si lögior cōpleteenda memoria oratio fuerit, proderit per partes ediscere. Non est autem inutile, quo facilius hæreant aliquas apponere notas, quarum recordatio commoneat, & quasi excitet memoriam. Illud neminem non iuuabit, ijsdē, quibus scripsērit chartis ediscere. Si tamen quis vnam maximāmq; artem memoriae querat, exercitatio est & labor. Multa ediscere, multa cogitare, & (si fieri potest) quotidie potentissimum est. Quantum autem natura studiōque valeat memoria, vel Themistocles testis est, quæ vnum intra

*Quin. lib.  
xi. cap. I.  
in extre-  
mo capitis.*

annū optimè locutum esse Persicè constat: vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quo nationibus imperabat, traditur notas fuisse: vel Crassus ille diues, qui cū Asiæ præcesset, quinq; Græci sermonis differētias sic tenuit, ut qua quisque apud eū lingua postulasset, eadem sibi ius redditū ferret: vel Cyrus, quem omniū militū tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quālibet multos versus protinus reddidisse dicitur Theodectes. Explicatis memorię preceptis, restat, ut de pronunciatione dicam<sup>9</sup>.

*De pronunciatione, & eius utilitate.*

C A P. L V I.

Pronunciatio à plerisq; actio dici- Quin. lib.  
tur, sed prius nomen à voce, sequēs 12. c. 53.  
à gestu, videtur accepisse. Hæc autē pars cap. 3 da  
est, quæ in dicendo vna dominatur. Sine Ora pag.  
hac sūmus Orator esse in numero nul- 309.  
lo potest, mediocris hac instructus sum- In Orat.  
mos səpè superare. Nam & infantes 16. de  
actionis dignitate eloquentiæ səpè fru Clar. 42  
ctum tulerunt, & diserti deformitate & in  
agendi multi, infantes putati sunt. Ut Ora. 17.  
iam non sine causa huic primas dedis- Quin. lib.  
se Demosthenes dicatur, cum roga- 11. c. 3.  
retur quid in dicendo esset primum,  
huic secundas, huic tertias. Est enīm

gravis oratio, pro magna: minutus animus, pro  
paruo. Sic Pixides, cuiuscumque materiae sūt.  
Abutimur verbis propinquis, nō solūm cū  
res carent nomine, vt cūm patricidā, matri  
interfectorē vocamus: sed etiam cūm habet,  
vt, equum ædificant; oculis perlegunt.  
Hoc differt abusio à translatione quod sit  
licentior, & audacior, licet non sit impudens.

De Metalepssi. C A P . X VI .

**M**etalepssi. Transsumptio, ex alio id aliud veluti viam  
 præstat: post aliquot aristas mirabor mea re-  
 gna: per aristas spicas, & per has segetes , &  
 annos intelligimus.

**S**ed Tropus ratissimus, & maximè impròprios.

## De Allegoria. C A P . X VII .

**L**atinè, inuersio, aliud verbis, aliud sensu  
 ostendit, ac etiam contrarium ; & iam  
 tempus equum spumantia soluere colla.

Habet usum frequentem in oratione, sed  
 plerumque apertis permiscetur verbis, ita ut  
 non perpetua allegoria.

Genus permistum est frequentissimum.

Illud verò speciosissimum genus orationis  
 in quo similitudinis, allegoriarum & translatio-  
 nis gratia permista est.

Cauendum est ut quo genus ceperis trans-  
 lationis, eodem finas : unde non incipias ab  
 incendio, & finias tempestate.

Seruit allegoria etiam in quotidiano ser-  
 mone frequentissimè

Allegoria, si sit obscura, sit vitium quod di-  
 citur ænigma: quod tam poëtæ interdū, ora-  
 tores numquam vtuntur.

## De Ironia. CAP. XVIII.

**I**ronia. **Q**uam illusionē vocant, nō solum aliud sensu, & aliud verbis ostendit, sed etiam contrarium, quæ cognoscitur aut pronuntiatio-  
ne, Aut persona, Aut rei natura.

## De Periphrasi. CAP. XIX.

**P**eriphrasis. **E**s, cū pluribus verbis, id quod uno, vel paucioribus dici potest, explicatur, id est circuitus loquendi, ut tēpus erat, quo prima quies mortalibus ægris, incipit, &c.

Apud poëtas frequentissimus, & apud oratores non rarus, sed tamen astrictior.

Cui contrariū est vitium, quod perisse dicitur: obstat enim quidquid non adiuuat.

## De Hyperbato. CAP. XX.

**H**oc est trans- Peruessione: vt mecum, te- gressio, quæ cū, quibus de rebus: maria verborum per- omnia circum. aut turbat ordi- nem: auer Trāscitione: vt, orationē in duas diuisā esse partes.

Trāscitio, quæ rem non reddit obscuram, prodest ad continuationes, de quibus dicuntur postea; in quibus debet oratio numerum quendam poëticum habere.

Poëta etiam verborum diuisiōnem facit ut septem subiecta trieni: quod oratio non recipit.

*De Hyperbole. CAP. XXI.*

*Hyp*  
brole.  
 { **E**st ementias superiatio, vel augendo,  
vel minuendo: ut fulminis ocyo alis,  
vix ossibus hæret.

Sed tam in augendo, quam in minuendo  
structur mensura quædam: nam, licet sic ultra  
fidem, non tamen ultra modum.

*De transu, qui est in verbis coniunctis.*

## CAP. XXII.

**C**ontinuatio. { Collocationem,  
verboru duas } Et modum quendam, sive numerus.  
res habet: s. { Verbis & sententiis, de quibus

**C**onfirmatio. { prius dicetur: deinde collocatio-  
nem: autem o- } ne: postremo de modo, & forma, id  
ratio. { est de numeris.

*De figuris. CAP. XXIII.*

*Figures.*  
 { **E**st confirmatio quædam orationis re-  
mota à communi, & primùm se offerente  
ratione.

Differat tropis quia fieri potest in propriis  
verbis, quod in tropos non cadit: ut si verba  
propriae geminentur.

Coèunt tamen frequenter in eadem sen-  
tentiam tropus, & figura: ut si duo verba si-  
militer deficiantia essent translata.

De generibus figurarum.

## C A P . X X I V .

**V**T omnis oratio versatur in sensu & verbis, ita & figuræ: Vnde duplex est figura: altera verborum, altera sententiarum.

Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolatione.

Inter has duas figuras hoc interest; quod verborum confirmatio tollitur, si verba mutantur, sententiarum vero permanet, quibus cunque verbis utaris. Ut si esset repetitio cum interrogatione, sublata repetitione, potest manere interrogatio.

Inter autores parum conuenit de figurarum numero, & nominibus, & aliqui aliquas inter verborum, alij inter sententiarum figuras reiiciunt.

Nos meliorum scriptorum sententiarum explicabimus.

*Quod modis sunt figuræ.*

## C A P . X X V .

Adiunctione: vt occidi, occidi,

Non Spurium Melium: vbi verbum figuratè geminatur.

Figuræ verborum tribus modis sunt, scilicet. Detractione, vt abiit, excessit, erupit evasit, vbi detrahitur, &c.

Similitudine votum: vt, cum gratiæ causa nihil facias & omnia tamen sunt grata, quæ facis.

*De figuris qua sunt per adiectionem.*

## C A P. X X V I.

**R**epetitio cùm ab eodem verbo ducitur sèpius oratio: ut nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas.

Conuersio superiori contraria, cùm in idem verbum coniicitur sèpius oratio.

Complexio, quæ duas superiores complectitur: cùm in principio & fine eadēa verba reper-tuntur.

Condu-plicatio est  
verborum  
geminatio  
quæ inter-dum habet  
vīm, alias  
verò lēpō-  
rem, & plu-  
ribus mo-  
dis sit.

**A**ut enim adiungitur idem: ut viuis,  
& viuis.

**A**ut idem quod erat in principio, in  
extremo etiam ponitur.

**A**ut continetur idem, non in ea-  
dem sententia: pene par; non par,  
&c.

**A**ut post aliquam interiectionem.  
Possunt etiam, vel media respon-  
dere primis, vel ultimis.

Interim tota sententia repetitur.

Traductio est eiusdem verbi crebrius positi quę-  
dam distinctio, quæ non offendit, sed concinnio-  
rem reddit orationem: ut, qui nihil habet in  
vita iucundius vita, is cum virtute vitam non po-  
test colere.

Ex eodem genere exornationis est, cum idem  
verbum modò in hac, modò in altera re ponitur:  
ur rem studiosè curas, quę multas tibi dabit curas

Polyptoton, Latinè casuum commutatio, cum idem in multis casibus ponitur.

Fit autem aut in uno verbo, aut in pluribus: & per casus intelliguntur etiam verborum tempora.

Vt, pleni sunt omnes libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetustas. Et in eadem oratione hæc verba prohibuit, eripuit, aspersit,

Vnde casuum commutatio, non est eadem cum traductione,

Synonymia est; cum verba idem significantia congregantur. Abiit, excessit, erupit, evanescit.

Interdum etiam orationes eisdem sensus facientes acceuuntur: perturbatio mentis, offusa caligo, &c.

Poly syntheton, cum oratio coniunctionibus abundat ut, tecta nque, armaque.

Gradatio, repetit quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat in pluribus resistit: vel est, cum sursum Iesus reditur: ut, Africano virtutem industria virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. Rarior est hæc figura cum habeat artem affectam.

De figuris verborum, quæ sunt per detractionem.

CAP. XXVII.

**F**iguræ breuitatis, breuitatisque causa maxime petuntur.

Synedoche, cum verborum substantia satis ex casuis intelligatur, scilicet, ferme nullas, inde de ceteris id est casuum purum, et non specie-

Differt ab aposiopesi, in qua incertum est quod tacetur, aut certè longiore sermone explicatur.

Dissolutio: cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur, vel in singulis verbis, vel sententijs, ut Gallia cuius virtutis, fidei, felicitati commendata est.

Dissolutionis & polysynthetis fons unus est, quia acriora faciant quæ dicuntur, & vim quandam addunt.

Differt ab articulo, qui idem est, quod incisum.

Adiunctio est, in qua ad unum verbum, plures sententiae referuntur, quarum unaquaque illud desideraret, si sola poneretur, alias Zeugma dicitur: Quod verbum, vel in principio, vel in fine, vel medio ponitur. Vicit pudorem libido, timorem audacia rationem amentia.

Disiunctio est, cum eorum de quibus dicimus, unumquodque certo clauditur verbo: ut, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt.

Synecclisis, quæ duas res aduersas colligit, ut tamen decet auaro, quod habet quam quod non habet.

#### *De figuris verborum tertij generis.*

#### CAP. XXXVIII.

Tertium figura genus aut. } Similibus,  
Tertium figura genus aut. } Paribus,  
Tertium figura genus aut. } Contrarijs vocibus in se, gures  
& animos excitat.

**A**nnominatio,      **A**diectione : emit morte  
**G**ræcè **P**arano-      **i**m mortalitatem,  
**m**asia , cùm pau-      **D**etractione : non exigo,  
**l**lum immutata      **v**t immoriaris legationi , sed  
**v**erba , atque de-      **i**mmorare.  
**f**lexa in oratio-      **C**ommutatione : reprimi,  
**n**e ponuntur, quæ      **n**on comprimi.  
**s**it.      **T**ranslatione homini na-  
uo, an vano.

Hæc figura est levius, ni sententiarum pondere impleatur.

Similiter cadens est, cum in eadem constructione verborum, duo, aut plura sunt verba, quæ similiter eisdem casibus efficeruntur, etiam si dissimilia sint, quæ declinantur.

Nec tantum in fine comprehenditur: sed respondent, vel prima inter se, vel medijs, vel extremis, quomodocumque accommodentur.

Vt in eadem oratione hæc verba: audendum, audiendum; projectus, paratus: prætor, imperator: audacia, imprudentia.

Similiter desinens, est similis duarum sententiarum, vel plurimum finis. i.e. cùm orationis membra vel articuli, simili exitu terminantur: vt, non modò ad eius salutem extinguendam: sed etiam gloriam per tales viros infringendam.

Hæc differt à superiori, quod ibi possunt esse dissimilia, quæ declinantur, hic non ita: illa solum in his quæ declinantur, hæc etiam in alijs partibus, vt in aduerbijs.

Compar, Græcè, isocolon, cùm orationis membra constant ferè pari numero syllabarum: extrema hyeme apparuit, incunte vere suscepit, media æstate confecit.

Contrapositū, vel contentio, Græcè, antitheton, cùm singula singulis, vel bina binis opponuntur.

Vt, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, non nostri ingenij, sed vestri auxilij est.

Nec semper contrapositum subiungitur.

Commutatio, cùm duæ sententiæ inter se discrepantes ita efferruntur, vt à priore posterior contraria priori proficiscatur. Non vt eadem viuo sed vt viuam edo.

Correctio, quæ corrigit, quod positum est verbum: quæ fit duobus modis: vel enim tollitur verbum, non ponendo aliud: vt, cuius appellari potest: vel magis idoneum ponendo, vt omni officio, vel potius pietate.

Correctio vero sententiæ, non est huius loci.

Dubitatio est, cùm orator querere videtur, utrum de duobus, aut quid de pluribus, potissimum dicat.

*Quid verborum figuræ orationis conferant, & quid  
in his cauendum sit.*

### C A P . X X I X .

**Q**ui parcer, & cùm res postulat, his figuris vtitur, iudiciorum facit orationem!

Qui immodicè & sine iudicio eas adhibet etiam varietatis amittit.

Danda Ne multæ sint supra Aut iunctæ,  
 ergo ope- modum, Aut frequen-  
 ra est, vt, Nec eiusdem generis, tes.

Quod intellige de his, quæ nobiles sunt, atque  
 insignes, nō de illis, quæ sunt valde vicitatæ, & vul-  
 gatæ, quæ si sint crebriores, aures non offendunt.

Ridiculum etiam est, neglecto rerum pondere,  
 & viribus sententiarum, inania verba in hos mo-  
 dos deprauare.

Figuræ enim sunt quasi gestus orationis, & eas  
 siue sententia sectari, est quærere habitum sine  
 corpore.

Sciendum est, quid quisquis locus in orando  
 postuleret, quid persona, & tempus.

Maior pars harum posita est, in delectatione:  
 ubi ergo atrocitate, miseratione pugnandum est,  
 quis ferat contraposita, similiter cadentia, &c. ubi  
 verborum cura derogat affectibus?

### De figuris sententiarum. C A P. XXX.

**S**ententiarum Figura est exornatio, quæ non  
 in verbis, sed in ipsis rebus quandam dignita-  
 tem, & quidem maiorem habet.

Quo genere, quia excelluit Demosthenes, id-  
 circa oratorum princeps est iudicatus.

Schemata vocant Græci, quæ non tam in verbis  
 pingēdis pōdus habet quā in illuminādis sentētijs.

Nec aliud est dicere, quām aliqua specie illumi-  
 nare sententias.

Instandi quoisque abutere patientia nostra;

Interrogamus etiam, quod negati non potest.

Aut, ubi respondendi difficilis est ratio: quomodo? Qui fieri potest?

Inuidiae & miserationis causa.

Conuenit etiam indignationi, & admirationi.

Interdum est acerius interrogandi genus: non arma expedient? &c.

Aliquando nosmetipso interrogamus: Quid agam?

Responsio est, cum alium interroganti, ad aliud quia sic utilius fit occurritur, aut augendi criminis gratia, aut declinandi. An fustibus vapulasti, & innocens quidem, An hominem occidisti? responderetur, Latronem.

Subiectio est, cum orator vel interrogat seipsum, & respondet sibi: vel cum alium rogauerit, non expectat responsum.

Et domus tibi deerat? at habebas.

Anteoccupatio, vel præsumptio, & prolepsis, cū id quod obijci posset, occupamus. Præsumptione etiam verborum vis confirmat: Quamquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit: ac etiam reprehensione, quam alij correctionem vocant.

Correctio est, quæ tollit sententiam alienam, & eam alia, quæ magis idonea videtur, emendat, & corrigit.

Dubitatio est cum querimus unde incipiendum,  
vbi desinendum, quid potissimum dicendum, an  
omnino dicendum sit, Quo me vertam nescio.

Communicatio, cum aut ipsos aduersarios con-  
sulimus : Tu denique Labiene quid faceres?

Aut cum iudicibus deliberamus : Nunc ego iu-  
dices iam vos consul, &c.

Prosopopœia est personarum facta inductio : qua  
& aduersariorum, & nostros cum alijs sermones,  
& aliorum inter se credibilitet introducimus.

Quin & mortuos excitare in hoc genere dicen-  
di concessum est.

Vrbes etiam populi vocem excipiunt : In qui-  
bus hoc modo mollior sit figura, Etenim si me-  
cum patria ita loqueretur, &c.

Formas quoque fingimus sœpè, ut famæ, virtu-  
tis, &c.

Apostrophe: est aduersus à iudice sermo, siue  
aduersarios inaudimus, siue ad invocationem con-  
vertimur : siue ad inuidiosam implorationem : O  
leges Porciæ, legésque Semproniaz.

Hypotyposis seu descriptio, qua ita res aliqua  
describitur, ut cerni potius, quam audiri videatur.

Nec solum quæ facta sunt, aut sunt, sed etiam  
quæ futura sunt, aut fuerint exprimuntur.

Apostiopesis, vel precioso, & interruptio, ostendit  
affectum vel iræ, vel solitudinis : Quos ego & sed  
notos præstar componere fluctus.

Ethopœia est, imitatio vitæ vel morum alieno-

rum ornamentum aptum ad animos concilian-  
dos, & promouendos.

**E**mphasis, cum ex aliquo dicto aliquid latens eruitur : vel cum plus significatur , quam dicitur: Iacuitq; per antrum immensum: vnde intelligitur corporis magnitudo.

**S**ustentatio est, qua diu suspenduntur auditorum animi, atque aliquid inexpectatum subiungitur: aut ad aliquid leue, & maximè criminosum descenditur.

**P**rætermissio , vel præterito , cum dicimus nos præterite, vel non scire, vel nolle dicere, quod tunc maximè diximus : Non quæro diminutionem ve-  
ctigalium, non, &c.

**L**icentia est, cum orator, aut veresi, aut metuere debet, tamen aliquid pro suo iure dicit, quod minimè offendit. Vide quām non reformidem, &c.

**C**oncessio est, cum aliquid etiam iniquum cau-  
sæ fiducia, videmur pati, atque concedere : verum esto, eripe hæreditatem propinquis, &c. Sunt qui concessionem dictorum esse velint : Sit fur, sit sa-  
cilegus, at bonus imperator, & fœlix. **C**oncessio iuncta Ironiæ magnam vim habet.

*I, sequere Italiam ventus, pete regna per undas.*

**P**arenthesis, vel interclusio, declinatio brevis à proposito: At longior digressio , quæ multis pars causæ videtur , inter figuræ quorumdam iudicio numeranda non est: sed à Cic. numeratur.

Ironia, quæ à Quintiliano & Cicerone inter sententiarum exornationes numeratur, differt, ab ea quæ est tropus, quod hæc sit totius voluntatis si-  
etio: Nouum trimen C. Cæsar, &c. tropus vero,  
breuior, & apertior.

Distributio, cum aliquid in partes plures distri-  
buitur, quarum vnicuique ratio deinde sua sub-  
iungitur.

Vel est cum in plures res, aut personas certas,  
negotia quædam disperciuntur, neq; fit illa men-  
tio subiectæ rationis.

Permissio est, cum alicui rei vehementer confi-  
dimus, & ostendimus nos eam tradere, ac conce-  
dere alicuius voluntati: & cum relinquimus ipsis  
iudicibus, vel aduersarijs aliquid existimandum:  
Aliqui permissionem factorum, concessionem di-  
ctorum esse putant.

Depræcatio, vel obsecratio, cum operam alicuius  
imploramus Per dexteram istam te oiro.

Optatio quæ voti alicuius præbet significatio-  
nem, vtinam mihi facultatem causa concederet.

Excretio, quæ malum alicui precatur: Dij te  
perdant.

Epiphonema rei narratae, vel probatae summa ac-  
clamatio, est ratae molis erat Romanæ cōdere gētē.

Exclamatio est, quæ conficit significationem do-  
loris, aut indignationis alicuius per hominis, aut  
rei cuiuspiam compellationem, O miserum me,  
&c. O tempora ô mores.

*Vt est, quasi pœnitentia ducti : sed quid ego in grauem personam introduxi?*

*Vel cum quærere quid nos dicamus fingimus : quid reliquum est? numquid omisi?*

*Et cum aliqua veluti ignoramus, sed earum rerum artificem, quem*

*Et cum deponimus aliquid apud memoriam auditorum, & postea reposcimus.*

*Hæc omnia dant orationi varios veluti vultus: Gaudēt ergo res varietate, ut oculi vario rerum aspectu.*

*Et hæc de tropis, & ornamentis tum verborum, tum sententiarum.*

### *De Collocatione. CAP. XXXI.*

Colloca-	Iunctam orationem	In ea	Ordo
tio erit	Efficiat coherentem,	necel-	& Jun-
optima,	lenem, & æquabili-	saria	etu-
Si	ter fluentem.	sunt	ra.

### *De Ordine. CAP. XXXII.*

*N*EMinora maioribus subjiciantur, sed semper crescat oratio

vnde non dices, facilius legas, & fur. Est & ordo naturalis: vnde potius dices, diem ac noctem: ortum & occasum, quā cōtra.

Quædam ordine permutato sunt superuacanea: ut fratres gemini, & gemini fratres.

Verbo, sensum claudere, si cōpositio patiatur, optimū est: sed si asperum potius decori orationis consulatur,

In oratione enim cū verba non sint dimenta, transferri possunt in locum ubi magis congruunt.

*De iunctura.* C A P. XXXIII.

**S**i verba extrema ita cum consequentibus iungamus, ne asperè concurrant, nēc vultus diducantur.

Asperum concussum efficiunt consonantes illæ, quæ sunt asperiores, ut s, & x: ars studiorum, rex Xerxes.

Huiusca reddunt orationem vocalium concursus: ut si longæ vniantur: viro optimo obtemperare: sed minus peccabit, qui longis breues subiicit.

Sed in hoc diligentia non sit nimia, nam & Plato, & Demosthenes, & Cic. Sæpè in oratione habent vocalium concursionem.

Vt iunctura concinna, & elegans sit, affique-  
munt.

Nam huiusca nonnūquam decēt, faciuntq; ampliora quædam, & non ingratam negligentia hominis magis de re, quād de verbis laborantis indicat.

Vnde nimia vocalium concusione est quidem vitanda: at modica & suo loco posita, non est reprehendenda.

Videtur est ne syllabæ ultimæ verbi prioris sint primæ posterioris.

Ne monosyllaba multa continetur, & itidē brevia verba & nomina, & contra neq; longa quæ tarditatē afficiunt.

Nec multa similiter cadentia, & desinentia continentur, similiter, nec verba verbis, & nomina nominibus subiiciantur.

Verborum iunctura maximam dederat diligentia, ita tamen ne fiat op-

**I**rosè, quia esset infinitus, & puerilis la-  
bor. Stylus exercitatus efficit faciem iu-  
cturam, & aurum iudicium.

*De modo & forma verborum.*

CAP. XXXIV.

**D**icendi imperitus, quas Insane,  
Inconditum,  
Curtum,  
dicit, spiritus, non arte determinas.

At orator ita intelligat sententias verbis, ut nihil. Claudicans, & redundans dicat.

Hoc oratorio fit numero, quia probatam, & concinnam, & suauem efficit orationem.

*De origine orationis numero, &c.*

CAP. XXXV.

**P**rinceps dicitur fuisse Trasymachus, cuius tam  
enim nimis numerosa fuerunt scripta.

I Socrates ita rem temperauit, ut multi eum hu-  
ius conciunitatis faciant auctorem.

Aristoteles, & Theodoctes versum in oratione  
vetant esse numerum requirunt: de quo Theo-  
dorus accuratius præcipit.

Ro mani tempore Ciceronis agnouerunt nume-  
rum, de quo diligentissime Cicero præcepit.

*Cur numerosa oratio inuenia.*

CAP. XXXVI.

**A**vres, aut potius animus aurum iudicio, na-  
turali quendam in se continent vocum  
nnium dimensionem.

Vnde breuiora, & longiora iudicant: moderata expectant: mutila, & quasi decurtata, ac moderatius excurrentia sentiunt, quibus offenduntur.

Cum ergo aliquid fortuitò, conclusè, apieque diceretur, notari potuit id, quod casu cecidisset, notatio autem artem parit.

Vt ergo poëtica, & versus inuentus est terminazione aurium, & obseruatione prudentium, sic etiam in oratione, licet multò serius notatum est, certos esse concursus, conclusionesque verborum.

### *De incisis membris, & periodis.*

#### CAP. XXXVII.

**I**Ncisum est sensus, non expleto numero conclusus: plerisque pars membra: Domus tibi deerat? at habebas, &c.

Fiunt incisa etiam singulis verbis, Diximus, testes dare voluimus.

Membrum est, sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus, per se nihil efficiens: ô callidos homines, ô rem excogitamat. O ingenia metuenda! quem quæso, &c.

Tuac ergo incipit corpus esse; cum venit extrema conclusio: quem quæso nostrum fecellit? &c.

Periodas, Cic. ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, & circumscriptiōnēm dicuntur.

Contempnetur membris omnis paulò lon-

gior circuitus: { Cæsim,  
tamen aliud { Membratim, & } dicere.  
est. { Circumscrip̄tē

Circumscrip̄tio est, cum ab initio ad finem usque quasi in orbem inclusa fetur oratio, donec consistat in singulis perfectis absolutisque sententijs.

Membratim dicimus, cum in singulis membris liberior insitit oratio.

Incisim dicimus, cum in singulis incisis insitit orator.

Quomodo in his adhibendus sit numerus, dicitur, si prius de pedibus, quibus numerosa temperatur oratio dixerimus.

*De pedibus.*

CAP. XXXVIII.

Pedes dua- { Sondæus — dicunt, mores.  
rum syllaba- { Pyrrhichius vv nouus, tulit.  
barum, qua- { Choreus - semper, scribit.  
tuor. { Iambus - legunt, reos.

Pedes triū syllabarum { Molossus — conseruant.

Trochæus, vel tribrachus vvv facimus.

Dactylus- vv littora

Anapæstus vv — peragunt.

Bacchius vv — amores.

Antibacchius — audisse.

Creticus, vel Amphimacer — v — possident.

Amphibrachus v — petebat.

Cicer.

Cicero ex alijs  
pedibus tres tā-  
tum ponit, pco-  
nas duos, & do-  
chimum,

Pæon primus — vvv aspicite:  
Pæon vltimus vvv — facilitas.  
Dochimus ex bacchio & iam-  
bo v...—

## De numero oratio. C A P. XXXIX.

**N**umerum oratorium Græci Rhy-  
thmum, poëticum, Metrum vocant,  
Quot et si vterqua pedibus constet: ta-  
men multis modis differunt.

Rhythmi spatio temporum constant,  
pedes etiam ordine.

In rhythmo nihil refert, sit ne dactylus,  
an anapæstus, cum eodem temporum  
spatio constet: in versu, unus pes pro alio  
poni non potest.

In versu semper idem est cursus, ut in  
heroico carmine daëtyli & spondæi: in  
oratione nullus est certus numerus, ibi  
est aliquid certum; hic non ita.

Vnde omnis nec claudicás, nec fluctuás &  
æqualiter cōstanterq; ingrediēs numero-  
sa habetur oratio, & numerosum putatur:  
non quod totum constat è numeris, sed  
quod ad numeros proximè accedit.

Vnde difficilior est in oratione, quam  
in versu numeri vsus.

In oratione maximū vitium est, si ver-  
sus efficiatur, & diligenter caudū; quaen-

Quid  
inter-  
sit in-  
ternu-  
merū  
orato-  
rium,  
& poë-  
ticum,  
& in-  
ter  
poëma  
& ra-  
tionē.

*Luis oratio numerosè cadere debeat.*

*In qua parte ambitus debeat esse numerum, & qui per-  
des maximè probentur. CAP. XL.*

**I**N toto verborum ambitu numeri tenendi sunt,  
non solum in fine, ut quidam putant, licet au-  
res finem maximè expectent.

Vnde à principio verborum comprehensio ita  
fluere debet, ut ad extremum venies ipsa cōsistat.

Aristoteles heroum numerum grandiore iu-  
dicat, quem soluta desideret oratio: Iambus vul-  
gari sermone congruit.

Trochæus ob breuitatem, dignitatem non ha-  
bet Pæona probat, ut orienti, mediæ, & cadenti  
orationi aptissimum.

Ita ut oratio non sit humilis & abiecta, sed elata  
& plena.

Recenset omnes pedes in oratione esse permi-  
ttos, vitiū enim esset, si iisdem semper veteremur.

Sed Creticū, Dochimum, Dichoreū, & Pæona  
ræteris anteponit: modò ne Dockimus iteretur.

In heros verò dactyli, & anapæstī, & spondei  
pede impunè progredi licere censet quos dumta-  
xat pedes, aut paulò plus, ne in similitudinem ver-  
sus incidamus.

Sit igitur tēperata, & permitta numeris oratio,  
nec tota dissoluto, nec tota numerosa pæone ma-  
xi-mè & reliquis etiam, quos ille non recenset.

In his quoq; de missō, & humili sermone dicētur sic.  
Iambus frequens, Pæon in amplioribus: in vtre-

que dactylus.

In oratione ergo perpetua ita numeri sunt miscendi, ut non animaduertatur quadrangula orationis industria.

Quo sit, ut nullus sit pes, qui aliquando in orationem non veniat.

*De initio Periodi.*

CAP. XL.

**C**lausulæ diligentius, quam cætera omnia considerandæ sunt; quod in his perfectio, & absolutio ducitur.

Proximam diligentiam initia postulant: nam & ad hæc intentus est auditor.

Optime hæc nascuntur à proceris numeris, aut libertis, maximè dactylo, & pæone priore, cetero anapesto, qui par est dactyle, licet ordine eot.

Initia versuum, initij orationum non co[n]iunct, licet Livius hexametri exordio cœperi

Dochimus quovis loco apertus est, modò ponatur: quia iteratus, numerum facit apertu

*De fine Periodi.*

CAP. XLII.

**I**N extremo circuitu, duo aut tres pedes ferè notandi,

Quos aut chœeos, aut spondæos, aut alii esse oportebit: vel dichœeos.

Spondæus est in clausulis firmus, & stabilis, quo maximè usus est Demosthenes.

Pæona alterum cadenti orationi aptissimum esse docuit Aristoteles, quod & Ciceroni placet, & aptiorem iudicat cœticum.

Qui siue geminetur, siue spondæum præcedat, multum decoris in clausulis: cui etiam optimè iungitur Anapæstus, est etiam Dochimus stabulis, & Icuerus in clausulis.

Iambus, trochæus, aut etiam dactylus proximus à postremo numerosè concludit, si sit extremus choræus, aut Spondæus. Sed male concluderent, si quis eorum in extremo locatus esset, nisi cum procretico postremus est Dactylus: quia ultima brevis, an longa sit non refert.

Sunt & aliæ clausulæ, quæ numerosæ concludunt quas obseruauit Quintilianus.

Clausulæ versuum non conueniunt orationi: cauendum est etiam, ne verbis plurimarum syllabarum utamur in fine, quod etiam in crimini- bus est per molle.

Cùm ergo clausulæ maximè appareant, variæ sint, ne autium fatigare repudientur.

*De media Periodo.*

C A P . X L I I I .

**S**i primi & ultimi pedes fuerint modo iam dicti dispositi, medij poterunt latere: modo circuitus non sit brevis, quam aures expectent, aut longior, quam vires perant.

Cauendum ergo est, ne verba pigra, aut longa sint: aut brevium contextu, sonum penè puerilium crepitaculorum reddant.

In mediis ergo sunt quidam conatus, qui leviter intersistunt, ut currentium pes, etiam si non non motatur, tamen vestigium facit,

Pœonem dochimum, mediæ orationi aptum, esse dixit Cicero, in qua parte aliqui creticos, & bacchios laudant.

Si orationem ferri celerius volumus, crebros trochæos, & iambos inseramus, silentius, spôdæos: si moderatius, pedibus utemur, qui breuibus, & longis temperantur.

*De his qua suaptè natura sunt numerosa.*

## C A P. XLIV.

**Q**uae dicuntur, interdum suaptè natura numerosa sunt, etiā si nihil factum est de industria, & cùm sunt casus in exitu milles, & cùm paribus partia referuntur. Est enim iudices, hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, acceperimus, legimus, verum, &c.

Quod sit item referendis contrarijs, in quo Cicero frequens est. Semper enim antitheta necessitate ipsa numerum oratorium faciunt.

*Quæ vitijs sunt vitanda in oratione numerosa.*

## C A P. XLV.

**I**n primis, ne aperte verba traiiciantur, quo melius aut cadat, aut voluat oratio.

Deinde, ne inania quedam verba quasi complementa numerorum includantur.

Tertio, ne minutis numeris concidatur, infingaturque sententia: sed verba iam probata, & electa concinnè coagmentetur: dura enim inter se commista potiora sunt inutilibus.

His vitijs declinatis, multæ numerosè compo-

nendi laborem minuantur. Sunt enim multæ figuræ, quibus numeri possint variari.

Sunt etiam multa quæ idem valent ex quibus exercitati illud eliguntur, quod comprehensioni maximè quadrat.

*De Ambitus magnitudine. CAP. XLVI.*

**H**abet Periodus membra, minimum, duo; sæpe etiam tria.

Is ambitus mediocritatem habet, ut ait Cic. qui quatuor ferè in membris constat. Nam aures implet, nec brevior est, quam satis sit, nec longior.

Vult autem, ut è quatuor, quasi hexametrorum versuum instar, constet ferè plena comprehensio.

Debet periodus sensum concludere: sit etiam aperta, ut intelligi possit, & non immoda, ut memoria contineri queat.

*De numero, qui est in membris: & cuiusmodi ea esse debeant.*

**CAP. XXXII**

**I**N oratione circumscripta est verborum comprehensionis, donec tandem in clausula constat.

Cum vero membratim dicimus, in singulis membris oratio insistit: quod in pronuntiando magnopere reficit spiritum.

Vnde sit, ut oratio: quam membris carpinus, longior multò esse possit, quam quæ constat circuitu.

Ita, ut aliquando ad 15. & 20. membra excutta.

**Cic.** pro Mil. Occidi, occidi, non Spuriū Meliū, &c.

Nihil autem tam debet esse numerosum, quām  
hoc, quod minimē apparet, & valet quā plurimum.

Spondaeum hic Cicero vehementer commendat,  
nam licet videatur tardior, habet tamen stabilem,  
& dignitatis non expertem gradum.

In incisionibus multò magis, & in membris: pau-  
citatē enim pedum, grauitatis suæ tarditatem  
compensat.

*In quo scribendi genere circumscriptè, & in quo sit  
membratim dicendum.*

#### CAP. XLVIII.

**I**N historia laudationibus, & toto genere  
ētico, siue demonstrativo, delectationi  
comparatio: circumscriptione uterū est:  
quam in orbe inclusa currat oratio.

Hoc orationis genus, nec totum assume  
ad contentiones & causas veras, nec omni  
pudiendum.

Quia & satietatem afferret: & ab imperite  
le sit etiam cognosceretur.

Detrahit præterea actionis dolorē: aufert  
num sensū actoris, tollit funditus veritatē & fidem.

Sed quoniam adhibenda est inter dum numerosa  
oratio: videndū est quo loco, quamdiu retinenda.

Adhibenda est, si quid sit laudandum ornatius, ut  
fecit Cic. lib. 2. accus. Aut exponenda narratio, que  
plus dignitatis desiderat, quam doloris.

Est etiam apta proœmijs maiorum causarū: ubi

solicitudine, miseratione, cōmendatione reseget.

Sæpè etiā in amplificanda re, funditur numero-  
sè, & volubiliter oratio : quod tum valet, cum ab  
oratore iā obſeffus est is, qui audit : quia iam fauet.

Hæc forma perorationes quidem includit, sed  
in reliquis partibus retinenda non est diu. Nam  
cum supradictis locis ea vſi fuerimus, tota dictio  
ad incisa, & membra transferenda est.

Incisim autem, & membratim tracta oratio, in  
veris causis plurimum valet, maximè cum arguas  
& refellas.

*Qua ratione paretur facultas aptè, & copiosè dicendi.*

C A P. XLIV.

**N**umerosè dicendi facultas non est tanti la-  
boris, quanti esse videtur.

Nec enim necesse est, vt oratio demetiendis pe-  
dibus, ac perpendendis syllabis conſenescat.

Satis in hoc oratorem formabit multa scribēdi  
exercitatio, vt ex tempore etiam numerosè dicat.

Circumscribitur enim mente sententia, confe-  
ſimque verba concurrant, quæ mens statim di-  
mittit, vt suo quoque loco respondeat.

Nā si nōnulli exercitatione extēplò versus confi-  
ciunt, quāto facilius oratio soluta numerosa fieri  
peterit? cum nihil sit oratione flexibilius, vt facile  
sequatur, quocumq; duas, veluti mollissima cera.

Neminem ergo pedum varietas contubet, qui  
ſponte ſcē offerent, modo exercitatio adſit : ut  
patet in arte musica, &c.

*Quanti momenti sit aptè dicere.*

## C A P. L.

**Q**uanti momenti sit aptè dicere, experiri licet: si aut compositi oratoris benè instructā collocationem dissoluas, permutatione verborum.

Vt si periodum aliquam Ciceronis perueritas.  
Aut, si alicuius inconditi, arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque ordine verborum paululum commutato, in quadrum redigas.

Verum compositè & aptè sine sententijs dicere insania est, sententiosè autem, sine verborum ordine, infantia..

Eloquēs vero, qui dicēdo plausus, admirationes, & clamores mouere debet, ita debet dicere, vt ei turpe sit, quidquā aut spectari, aut audiri libentius.

Quare, cum hanc eloquentiæ partem Aristoteles, Theophrastus, Demosthenes, & Tullius tanti fecerint, eam nobis debemus summa industria comparare,

*De tribus dicendi generibus.*

## C A P. L I.

<i>Aliud di-</i>	<i>In paruis</i>	<i>Nec solum varię causę</i>
	<i>causis.</i>	
<i>causis.</i>	<i>In modicis</i>	<i>varium dicendi genus</i>
	<i>efflagitant.</i>	
<i>nus des-</i>	<i>In graui-</i>	<i>Sed etiam eiusdem</i>
	<i>simis.</i>	

Vnde quot sint dicendi genera, & in quibus causis, & orationis partibus adhibenda sunt, dicendum est.

Tria sunt di-  
cendi genera in  
quibus perfe-  
ctus debet flo-  
rere orator.

Cum tria fnt ora-  
teris of-  
ficia.

Vnum subtile, acutū, & tenuē.  
Alterum vchementis, copiosum,  
& graue.  
Tertium interiectum, & quasi  
temperatum.

Delectare. Subtile, in probando.  
Mouere. Vchementis, in flectendo,  
Docere. Modicum, in delectando  
versatur.

Debet esse à vinculis numerorum libe-  
ra, & soluta.

Non tamen vaga, vt ingredi liberè, non  
licentior, vt videatur errare.

In ge-  
nere  
subti-  
liora.  
tionalis  
for-  
ma.

Diligentia etiam coagmentandi verba,  
prætermittenda est, & omnis insignis or-  
natus remouendus.

Ponétur tamē acutæ, crebræq; sc̄tentiaz.

Ornamenta verborū & sententiarū, cum  
tropis verecundè parcéq; adhibebuntur.

Translationes poterūt esse crebriores: nō  
tamen ita crebræ, vt in genere amplissimo.

Vberius est aliquanto, & robustius, quā  
humile, de quo dictum est.

Ge-  
nios  
tem-  
pera-  
tum.

Submissius tamen, quam illud, de quo  
dicetur, amplissimum.

Huic omnia dicēdi ornamēta cōueniēt:  
plurimūq; est in hac oratione suavitatis.

In hoc verborum cadunt lumina om-  
nia, multa etiam sententiarum.

In hoc genere nervorum vel minimum,  
suavitatis autem est, vel plurimam.

Vim habet vel maximam, modò enim  
perfringit: modò irrepit in sensus, &c.

Hic orator defunctos excitabit, patriā  
loquentem faciet, aliquē alloquetur, &c.

Hic amplificationibus extollet oratio-  
nem, & vi superlationum quoque eriget,  
& per omnes affectus tractabit.

His tribus ge- } Vt res exigit.

neribus vctetur } Ne pro causæ modo,  
orator. } Sed pro partibus causæ.

Huius tripartitæ } Ad causas tenues, vt est causa  
varietatis mode- } pro Cecinna, submissum genus  
rator, magni de- } accommodabit.

bet esse iudicij, } Ad graues, qualis est Rabij  
ut possit quocū- } vehemens.

que modo causa } Ad mediocres, vt est causa  
postulat, dicere. } pro lege Manilia, temperatum.

Conciliandum, } Parua, sub-  
mediocre, } missæ.

Docendum, & } Modica,  
probadum, sub- } temperate.

tile, & enuclea- } eloquen-  
oratio- } tis pro-  
ne, ad } tum.

Ad mouēdum, } proprium.

graue, adhiberi } Magna, gra-  
docet. } uiter dicer e

*Seruan-  
dum est  
etiam di-  
cendi ge-  
nus pro-  
ratione  
persona.*

Quæ dicit, quæ audit, cum non ea-  
dem sit cuiusque auctoritas, & fortuna,  
& nomen.

Pro ratione locorum, ac temporum,  
In omnibus etiam rebus videndum  
est, quatenus: & magis offendit ni-  
mum, quam parum.

Vnde sint eloquentiæ fundamenta,  
sicuti & aliarum, rerum sapientia.

## De Memoria. C A P. LII.

**M**emoriæ inuentor dicitur simonidēs: qui  
ob tria conuiuarum corpora, ex loco, quo  
quisque esset, discreuit.

Quo facto notatum est, memoriam signatis  
animo sedibus iuuari.

Quod etiam quisque suo experimento credere  
potest: quia cum in loca post tempus redimus, re-  
miniscimur eorum, quæ ibi facta sunt.

*An Memoria sit eloquentia pars.*

## C A P. LIII.

**L**icet memoria sit eloquentiæ cum alijs artibus  
communis: tamen artificiosa memoria orato-  
ria pars existimatur.

Nesciretur enim quanta vis eius esset, nisi in hoc  
lumen orandi vim extulisset.

Non enim solum rerum sed etiā verborū ordinē  
præstat, & propemodū insinuata cōpletebitur, ut po-  
tius audiēdi patientia, quam memoriarū fides deficiat,  
Non immerito igitur thesaurus eloquentiæ dicitur,

*De Artificio memoriae. CAP. LIV.*

**M**emoriæ artificium à veteribus traditum, constat.

Imaginibus,  
Locis &

Loca multa animo capiant spatioſa.

Multa varietate signata, explicata modicis interuallis.

Vt ædium ferè magnarum, aut alterius artificij.

Quæ sunt diligenter animo affi-  
genda, vt sine eōiunctione occurrant.

Tum quæ fuerint scripta, vel co-  
gitata his locis sunt commendanda,  
signis, quæ eorum memoriam exci-  
tent notata.

Loca quæ sumptus sive egregiè com-  
moditerque nouare oportebit, vt  
perpetuò hærcere possint.

Quæ fuerint scripta, vel cognita, locis  
commendanda sunt, signis, quæ eorum me-  
moriam excitent, notata.

Imagines dictis locis ordine sūt collocādæ.

Cum memoria repetenda fuerit, ab initio  
loca recensenda sunt, & quodcumq; credi-  
deris, resposcendum.

Nam ordo locorum, ordinem rerum con-  
seruat: & res ipsas, imagines notant.

Vtendum est imaginibus aliquid agenti-  
bus, & acribus, insignitis, quæ occurtere, &  
celeriter percurrere animūm possint.

Qui volūt  
hanc ing-  
nij partē  
excolere,  
hæc ob-  
seruent.

De imaginibus

*Quæ imagines pro rerum varietate subinde  
mutandæ sunt, locis permanentibus.*

*Quid conferat memoria artificium.*

CAP. LV.

**P**rodest memoria artificiosa ad multa rerum nomina non audita per ordinem repetenda, & ad res ordine diuersas complectendas.

**A**t ad singula perpetuæ orationis verba perdiscenda, nihil ferè prodest: quia singulorū verborum imagines memoriarē mādare inutile est, & infinitū.

**S**i longior oratio memoriarē mandanda fuerit, proderit partes discere.

**N**on erit inutile aliquas apponere notas, quarum recordatio excitet memoriam.

Iuuabit, ijsdē, quibus scripseris chartis ed scere.

**M**axima tamen memoriarē ars, est exercitatio, & labor.

Quantum studio naturaque valat memoria, multorum exemplo, ut Themistoclis, Mithridatis, & Cyri constat.

*De pronunciatione, & eius utilitate.* CAP. LVI.

**V**T pronunciatio à voce, ita actio à gestu dicatur.

**Q**uæ vna pars in dicendo dominatur.

**S**ine qua summus orator esse in numero nullo potest: mediocris hac instructus summos sāpē superauit, Ut meritò Demosthenes huic parti primas, secundas, & tertias dederit.

**E**st etiam actio, quasi quedā corporis cloquētia.

Est autem in Vocem, quae per quos duos sensu-  
duas distri- aures mouet; Gestum sus omnis ad ani-  
buta partes uet; Gestum mum penetrat affectum  
scilicet qui oculos. Etus.

## De Voce. CAP. LVII.

**V**Ocis mutationes totidem sunt animorum,  
qui maximè voce mouentur.

Vt cumq; ergo orator se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

Iracundia postulat vocis genus acutum, incitatum, crebro incidens.

Miseratio, & mæror, flexible: plenum, intenuptum, flebili voce.

Metus, demissum, hæsitans, abiectum.

Vis contentum, vehemens imminens, quadam incitatione grauitatis.

Voluptas, effusum, leve, tenerum, hilaratum, ac remissum.

Molestia, sine commiseratione, graue quiddam, & raro pressu; ac sono obductum.

Ac quidem vocis bonitas optanda, sed tractatio in nobis est.

Prius ergo orator variabit, & mutabit omnesq; sonorum tum intendens, tum remittens, prosecuetur gradus.

Nec modò in diuersis rebus, sed etiā in ijsdem partibus, ijsdemq; affectibus, quasdam non ita magnas vocis mutationes adhibebit. Nam varietas, cum



gratiam præbet, ac reuocataures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

*De Gestu. CAP. LVIII.*

**V**Ocem subsequi debet gestus, & animo simul cum ea parere.

Gestu sic vtendum est, nihil in eo supressit.

Status erit erectus, & celsus.

Rarus incessus, nec ita longus, excursio moderata: & rara,

Nulla mollitia ceruicū nullæ argutiæ digitorū.

Truncæ magis toto se orator moderabitur, & virili laterum flexione.

Brachij porreptione, in contentionibus, contractione in remissis.

Pedis supensione in contentionibus, aut incipiendis, aut finiendis.

Sed in ore sunt omnia: in quo, dominatus est oculorum, quoniam omnis actio est animi, & imago animi vultus est, indices oculi.

Hæc vnica pars corporis, quot animi sūt motus tot significationes, & cōmutationes potest efficere.

Non est oris species nimis immutanda: ne, aut ad ineptias, aut ad prauitatem aliquam deferatur.

Oculorum igitur remissione, coniectu, hilaritate, motus animorum significabimus aprè cum genere ipso orationis.

Est etiam actio quasi sermo corporis, quo magis menti congruens esse debet.

FINIS.



